



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>









STUDIA CRITICA IN EPIGRAMMATA GRAECA.

ADNOTATIONES AD EPIGRAMMATA IN
TERTIO VOLUMINE ANTHOLOGIAE PALATINAE
EDITIONIS DIDOTIANAE,

CUM APPENDICE EPIGRAMMATUM NONDUM COLLECTORUM.

SCRIPSIT

HENRICUS VAN HERWERDEN.



LEIDEN. — E. J. BRILL.

1891.

EL.

PA3459
A5H4

PRAEFATIO.

In editionis *Epigrammatum Anthologiae Palatinae* volumine secundo, quod Parisiis prodiit a. MDCCCLXXII, Ambrosius Firminus Didotius cum alia praemonuit lectorem tum (p. vi) haec, quae scripsit m. Octobri a. 1870: »Tertii voluminis, quod »Appendicem novam epigrammatum veterum ex libris et mar- »moribus ductorum continebit, adiecto indice rerum et nominum »in universam Anthologiam, multa iam mihi materia ad manum »est, ex libris Jacobsii, Boissonadii, Welckeri, quam ordinatam »ac digestam ita, ut, si non plenum *corpus*, utilem saltem »iucundumque delectum efficiat edere certissimum est, si quid »anni mei et haec tempora certum proponere patiuntur. Quo »utinam labore defungi et susceptum tot ab annis opus absol- »vere Duebnero meo datum esset, vivoque praemium aequatae »cum principibus Anthologiae Graecae sospitatoribus laudis »adipisci." Excipit haec verba brevis sed sincera, quae legatur apud ipsum, laudatio viri optimi, doctissimi, ingeniosissimi et admodum industrii, cuius post XXXV annos cum desiderio recordor. Me enim a. 1855 sq. Parisiis degentem studiorum causa, quo melius ad longum in Italiam et Hispaniam iter me praepararem, commendatum sibi a Cobeto nostro et nonnihil quoque *Observationibus meis in Comicorum Graecorum fragmenta*, quas missas sibi ab illo, licet multa iuvenilis levitatis et imperitiae virum egregie eruditum fallere non potuerint, admodum sibi placuisse rescripserat, me, inquam, Duebnerus paterna benevolentia

excepit immaturumque adolescentem in amicorum numero esse iussit; quam amicitiam mihi et postea saepius litteris consiliisque philologicis testatus est et nuptiali quoque dono a. 1864, Anthologiae suae volumine primo, quod praesertim illa manu missum est bibliotheculae meae *κειμήλιον*. De epitaphiis imprimis scripturo ignoscat mihi lector hanc de viro carissimo rebusque meis mentionem. Iam redeo in viam.

Ambrosii Firmini Didotii, viri eximii, vota multum abest ut plene exaudita sint. Nam prodiit quidem hoc ipso anno in heredum eius officina *Anthologiae volumen tertium, continens Epigrammata vetera ex libris et marmoribus ducta, annotatione inedita Boissonadii, Chardonis de la Rochette, Bothii, partim inedita Jacobsii, metrica versione Hugonis Grotii, et apparatu critico instructa ab EDUARDO COUGNY, Graece et Latine cum indicibus epigrammatum et poetarum*, sed desideratur promissus ab illo *index rerum et nominum in universam Anthologiam*, nec delectus semper factus est, qualem aut ipse probaturus fuisset aut nos probare possimus, quia editor, si omnia colligere nolle, pro multis extremae barbariae fetibus cum ex Kaibeli copiis tum ex iis quae post huius collectionem e lapidibus volgata sunt melioris saltem notae epigrammata edere potuerat. Mihi enim, quem ad plenam collectionem faciendam praeter otium subsidia deficiunt, colligere licuit octoginta ferme titulos metricos, hic illic sparsos in libris periodicis, quos frustra apud Cougnyum quaesiveris; quare corrolarii instar novam hanc collectionunculam his meis annotationibus subiungere visum est.

At isti quidem optioni minus felici ignosceremus, dummodo Cougny ea quae collegit aut colligenda curavit bene edidisset; sed contra est, nam neque accurate quae recte tradita sunt vulgavit, nec diiudicandis virorum doctorum coniecturis sanum sobriumque adhibuit iudicium, nec non quae ipse suo Marte mutavit solidae doctrinae et sanae, paene dixerim, mentis absentiam ostendunt. Labitur enim continuo in accentuum ratione

atque universa etymologia, in syntaxi, in re metrica, in vera vocabulorum significatione, et iocularibus in versione sua Latina erroribus saepe prodit singularem iuxta sermonis Graeci imperitiam iudicii imbecillitatem. Miseret me Firminorum Didotiorum, virorum honestissimorum, quod, cum Gallia optimis philologis abundet, huius potissimum humeris tam grave onus imposuerunt. Quam puderet revocatum ab inferis litteratissimum virum, Ambrosium, si opus ab amico suo eruditissimo tam praeclare incohatum et pro maiore parte confectum, adeo turpiter absolutum esse videret. Non calumniari me hominem, quem non novi et cui opto omnia quae velit, satis apparebit ex iis quae in his commentationibus non data opera, sed in transcurso, notavi; quamquam, si res aequae utilis esset atque facilis, errorum, quos commisit, nullo negotio multo largiorem copiam indicare potueram ¹⁾).

Re sic comparata mihi constitit huic editori nulla in re temere esse credendum, itaque, ne aut identidem acta agerem aut ab illo deceptus falsa conicerem, praeter ipsius annotationes alios libros consulendos esse, quod quantum subsidia mea mihi permittebant, ubique feci. Qua in re nemini tantum debeo quantum GEORGIO KAIBELIO, cuius egregii critici duo eximia opera, *Epigrammata Graeca ex lapidibus conlecta, Berolini apud G.*

1) Paucissima, unde homo cognosci possit, hic lectorum gratia addo: I, 79, 2 γέρας Cougny interprete est *senectus*; I, 200, 1 contra sententiam κατ' ὄνειρον vertit in *somniis*. Cf. 203, 3; I, 258, 3, ubi vera lectio est παραβάμια ῥέξαι, edens παραβάμια ἑφέξαι, habuit ἑφέξαι, si Musis placet, pro ἐπισχεῖν et vs. 5 ἔκτροφος (altrix) cum gravi sententiae detrimento vertit *alutna*; I 261, 7 Ζώγρει (i. e. *parce, sospita*). δέσποτ' ἄναξ, τὸν σὸν καετῆρα μεθ' ἡμῶν || Κλαυδιανόν, Ἐρηκῶν πρῶτον ἐν εὐσεβίῃ vertit *Cape vivum* cett.; I 263, 34 ἀπρόφατος Νέμεσις, i. e. *ineffabilis*, cuius nomen profari horremus, (ἄν τρέμομεν λέγειν Soph.) ei est *quam affari non licet*; II 6, 2 Ἰσκω (i. e. εἰκάζω) vertit *scio*; II 19 bis suo marte nomen Ποτεΐδαια, quod est in lapide, scripsit per I, ignorans, quod hodie vel pueri sciunt, illud bona aetate unice verum esse, et contrario errore II 157, 1 Πολύιδος mutavit in Πολύειδος; III 398, 4 edidit θάψε τε καὶ Μουσῶν εὖνιν ἔθῃ κἀρετῆς pro ἔθῃκ' ἀρετῆς, quod unum e plurimis, quibus haec editio scatet, operarum erroribus esse crederes, nisi contrarium demonstraret ipsius versio Latina. Sed ubi sic pergens finem inveniam?

Reimer, 1878 et ATHENÆI editio apud Teubnerum a. 1887—1890 semper mihi fuerunt in manibus. Si nihilominus hic illic editas iam coniecturas, quod facile sane fieri potuit, protulerim, me inscio et invito id accidisse vix opus erit affirmare. Haud quidem me latet traditas lapidum, quos ipsi examinare tibi non liceat, scripturas tentare esse periculosæ plenum opus aleae, attamen huiusmodi sententiarum nexui et dicendi proprietati superstructae coniecturae, si non aliud, hoc certe boni habent, ut eos quibus detur occasio ad novam et diligentiore ipsorum monumentorum explorationem excitent.

ADNOTATIONES AD
EPIGRAMMATUM ANTHOLOGIAM VOL. III ED. COUGNY.

AD CAPUT I.

17. Παῖ Διός, Ἐκφάντου δέξαι τόδ' ἀμεμφές ἄγαλμα·
σοὶ γὰρ ἐπευχόμενος τοῦτ' ἐξετέλεσσε τροπῆον.
Lapis habet rectissime ΕΤΕΛΕΣΣΕ ΓΡΟΠΗΩΝ, i. e. ἐτέλεσσε
γράφων (= γράφων) Vid. LOEWY, *Inscripfen d. Gr. B.* p. 8.

34. Πύθων Ἑρμῆ ἄγαλμα Ἑρμοστράτου Ἀβδηρίτης
ἔστησεν πολλὰς θησάμενος πόλης (i. e. πόλιας). κτέ.
Vs. 2 θησάμενος = θεησάμενος. Python, alter Ulixes, πόλλ' ἀν-
θρώπων ἴδεν ἄστεα, quae ipsa Homeri verba ab epigrammatis
auctore respici credo. Cougny absurdam commentus formam
θησάμενος = θέμενος, quod κτίσας significet, inepte vertit »mul-
tas cum *condidisset* urbes"; quod si ita esset, Pytho procul
dubio non foret tam obscurus, ut hodie quis fuerit nemo
noverit.

43, 2. καὶ Καμαριναῖος· πρόσθ' ἄρ' ἐ Μαντινέῃ
Κρίνιος υἱὸς ἔναιεν.

Pro E, quod est in lapide habeturque pro forma dialectica
praepositionis ἐν, editor, ne monito quidem lectore, contra nu-
meros reposuit ἐν.

55. Epigramma pessime editum et suppletum. Veram lectionem ab ista longe diversam dedit Loewy l.l. pag. 9:

Ἄρτεμί, σοι τὸδ' ἄγαλμα Τελεστοδί[κη ἀνέθηκεν,
Ἄσφαλίω μήτηρ, Θερσίλειω θυγάτηρ.
Τοῦ Παρίου ποίημα Κριτανίδεω εὐχομ[αί εἶναι.

61. Μαινάλιος Ξενοκλῆς νίκασα Εὐθύφρονος υἱὸς
ἀπτῆς μονοπαλᾶν τέσσαρα σώμαθ' ἑλών.

Ex hoc usu vocabuli ἀπτῆς (Darice = ἀπτῆν) intellegitur, apud Sophoclem in Oedipi Regis initio verba οὐδέπω μακρὰν πτέσθαι σθένοντες non necessario de parvis puerulis accipienda esse.

62, 1. Ὁ[ρσιππ]ός σ' ἰέρωσε κτέ. Admodum rarum est nec tamen exemplo caret monumentum sic compellatum. Vulgo enim ipsum loquens inducitur, poniturque primae personae pronomen in accusativo. Interdum etiam pronomen omittitur.

74, 1. Lapide, qui adhuc exstat prope VABI, denuo inspecto, Koehler (Mittheil. d. A. I. VII 348) vidit scribendum esse:

Ἦδυέλωτι χορῶ Διούσια σ[ύ]μ ποτ' ἐνίκα κτέ.

»Die Verse stammen von ein Privaatdenkmal her, welches in
»der Zeit nach der Mitte des IV Jahrhunderts errichtet war.
»Die Namen der beide preisgekrönte Brüder und des an einem
»früheren Feste Sieger geblieben Vaters standen auf einem verloren gegangenen Platte.".

88, 1. Κόσμον Ἄρης πατρίδι στήσε ἐνθάδε παῖδα Πίδωνος κτέ.

Suspectum mihi est nomen Πίδων. Num forte in lapide est Π[ι]θ[ι]ωνος, quod est nomen satis frequens? Comparari Xen. Hell. I 1. 29, Δήμαρχός τε Πιδόκου, vetat vera Dindorfii et Cobeti emendatio Δήμαρχός τ' Ἐπικύδου.

89. Πάμμαχον, ὃ Θήβα, κρατέοντά με παῖδα[ς ἀγῶνα
καὶ τὸ πάλιν μεσάταν ἀλικίαν τίς ἐρεῖ

τοίας ἐκ προβολᾶς εὐάγκριτον; ἃ δὲ Νέμειος
 νίκα μοι λεκτῶν ἦλθεν ἀπ' ἠθέων κτέ.

Scripsi haec, ut multo rectius dedit Kaibel Ep. Gr. p. XX praef. Verba τοίας — εὐάγκριτον, quae male vertit Cougny, paullo sane sunt difficiliora. Cum autem προβολή hic manifeste vocentur certamina cum pueris et cum iis, qui sunt mediae inter pueros iuvenesque aetatis, itaque ἀγένειοι qui audire solent, reddi ea vox posse videtur *anteludium*, sive pugna anterior, cumque ἀνακρίνειν sit *examinare*, s. *explorare*, εὐάγκριτος est *rite examinatus*, s. *probat*. Quod si ita est, sine interrogatione scribendum est τῆς ἐρεῖ. Sententia: *Me qui et et pueros et imberbes pancratio superavi dicet aliquis eiusmodi quasi anteludii bene probatum esse* (i. e. satis monstrasse quis essem, quidque a me expectari possit, nec spem eventus fefellit); *venitque mihi victoria Nemæensis de lectis iuvenibus*. Ad verba λεκτῶν — ἠθέων cf. Soph. O. R. 18.

92. Metri causa epigramma sic explendum:

Βόϊσκος ἀπὸ <τῆς> Κυζικοῦ, παντὸς γραφεὺς ποιήματος,
 τὸν ὀκτάπουν εὐρῶν στίχον, Φοίβῳ τίθησι δῶρον.

98. Τεῦξ' Ἑλικῶν Ἀκεσᾶ Σαλαμίνιος, ᾧ ἐνὶ χερσὶν
 πότνια θεσπεσίην Παλλὰς ἔτευξε χάριν.

Ita Athenaei libri, sed vide ne elegantius poeta scripserit ἔχευε χάριν.

100, 1. Οὐδὲ Τύχης σε δάμασσε παλιγκλίναντα τάλαντα.

Imo πάλιγκλίναντα, qui scribendi modus pro πάλιν κλ. in titulis antiquis notissimus est.

105, 1. Νικίας με ἀνέθηκεν Ἀπόλλωνι υἱὸς Θρασυμήδεος.

Ut exiret hexameter, Mnem. 1882, 393 utpote lapidarii glossema expungebam υἱός. Cf. ad 161.

113, 1. Βαῖδον ὀδοιπορίας ἔτι λείπεται· ἀλλὰ πρὸς αἶπος
τὴν δλίγην ἀνύσεις ἀτραπιτὸν διέπων κτέ.

Numquam vidi διέπειν sic adhibitum. Rectius poeta dedisset
διῖών. Cf. Plato Legg. III 685 A. Similiter vs. 4 melius scrip-
sisset εἰστείχεις εἰς Φιλίου τέμενος quam πρὸς, quod in lapide
esse traditur.

121. Πατρὸς ἀριζήλοιο Πολυκρίτου υἷα σὺν ἵππων
δέρκεο, Βοιωτῶν ἀρχὸν ἀεθλοφόρων.
δις γὰρ ἐνὶ πτολέμοις ἀγήσατο, τὰν ἀσάλευτον
νίκαν ἐκ πατέρων τηλόθεν ἀρνύμενος,
καὶ τρίτον ἱππήων· Ὀπίεντα δὲ κτέ.

Si bene tradita sunt verba obscura δις — ἱππήων, pessime sane
locutus est horum versuum auctor, qui voluisse videtur: δις γὰρ
ἐνὶ πτολέμοις πεζῶν ἀγήσατο — καὶ τρίτον (sc. ἐνὶ πτολέμοις)
ἱππήων, quamquam expectamus huiuscemodi quid δις γὰρ πε-
ζομάχων ἀγήσατο κτέ.

Quocirca spero fore, ut a perito archaeologo hic lapis denuo
examinetur. In sqq. iungendum videtur νίκαν τὰν ἀσάλευτον
τηλόθεν ἐκ πατέρων, *victoriam longa patrum memoria inconcussam*.
De re videatur Kaibel pag. 351. — Ab ultimum huius tituli
versum:

πίστις ἐπεὶ πάντων κοίρανος ἀγνότατα

perverse Cougny annotavit: *Ad fidem tituli pertinet; testimonia
enim cuiuscumque generis vocabantur πίστις*. Imo pertinet ad
fidem praestitam civibus suis a Nicasichoro, quod plane demon-
strant vss. 6—8. Cf. II 187, 4. al.

127. Χερσί τε καὶ [τέχνα]ις ἔργων τόλμαις τε δικαίαις
θρεψαμένη τέκνων γε[νεά]ν, κτέ.

Τόλμαις neutiquam sollicito. Videndum tamen utrum hoc lapis
revera exhibeat an παλάμαις, quod potius expectaveram.

128, 4. Pro Σιλεωνίας proposui Σιμωνίδας Mnem. 1882, 394.

128 b. (Add.).

Τόνδε ποτ' ἰδρύσαντο θεῶ [π]ερικαλλεί Φοίβῳ
 Ἄπολλῶνις (l. — ωνίς) ἠδὲ κασίγνητοι, παῖδες Ἀλλουζένεω.
 Ἐ[σ]κε δὲ τῶν πατρῶος ἀνὰ Σαπάμκην ἐρίβωλον
 α]ὕτ[ὰρ] οἱ στήσαντο κατὰ χθόνα Δωδοπάραιο.

Vs. 2 extra metrum positum est nomen Apollonis, alterum vero nomen eam mensuram habet, quasi sit Ἄλουζένεω. Vs. 3 πατρῶος (i. e. πατρῶος) editor explicat *patria domus* (!), mihi intellegendus videtur Apollo πατρῶος, quo referendum esse vs. 4 ΟΙ, quod personale pronomen sit, non relativum. Lapis habet ΑΤΤΑΡΟΙΕ-ΤΗΣΑΝΤΟ, unde corrigo:

Αὐτὰρ οἱ ἐστήσαντο κατὰ χθόνα Δωδοπάραιο.

Coungny, quī αὐτὰρ δ' ἐστήσαντο (!) coniecit scilicet, versus iam satis inconditos etiam inconditiores reddidit.

136. Θάλει' ἐπ' εἰρήνης σοφίῃ... γαῖα πᾶσα·
 εἰρήνη λοιβὰς τάσδε Θάλεια χέω.

Ignoravit editor novum Schmidtii apographum Mittheil. V 121:

Θάλλ(ε)ι ἐπ' (ε)ἰρήνης σοφίης καλὰ τοι γαῖα πᾶσα.

Ex qua scriptura θάλλει est transitivum et γαῖα priorem syllabam corripit, pronuntiandum nempe γέα. Recentissimum esse epigramma et hinc et ex itacismis θάλλι et ἰρήνης apparet. Ludit, uti vides, auctor in Thaliae nominis origine.

155, 2. Δημήτριος ἦκω πρὸς μεγάλην Ἴσιον θεάν,
 μνείαν ἐπ' ἀγαθῶ τῶν γονέων ποιοῦμενος
 καὶ τῶν ἀδελφῶν καὶ φίλων μου κατ' ὄνομα.

Non est ἐπ' ἀγαθῶ de bono (Coungny), sed in (horum) salutem; Genetivi γονέων, ἀδελφῶν et φίλων pendent a μνείαν ποιοῦμενος.

158. Novum apographum dedit Koehler Mittheil. III 139

ἔστησεν Βρομίῳ Διοκλῆν Τιμοστ[ρ]άτου υἷον

[ἐν π]όλε[ι] τεχνιτῶν μουσοπόλων σύνοδος.

Quamquam metro convenit, quod Cougny edidit ἐν[θά]δε.

159, 3. δεσπότη Εὐρώπας τε καὶ τῆς Ἀσίδος ἄστρῳ ἀπάσας κτέ.

Non agnoscit Kaibel pag. 409 male sanum articulum, qui una cum numeris sermonis elegantiam pessumdat. Non magis apud hunc vs. 9 apparet absurda forma ἔδεσθλον pro ἔδεθλον.

162, 3. καὶ Νείλου βαθὺ χεῦμα, ὃς Αἴγυπτον πολύολβον

αἰὲν ἔτος σῶζει Καίσαρος εὐτυχίαις.

Admodum mihi suspecta est inaudita formula αἰὲν ἔτος, quae nihil commune habet cum eo quod e Sophocle comparavit Cougny ἔτος εἰς ἔτος. Num re vera in lapide est AIENETOS-ΣΩΖΕΙ? Multum dubito, sed, utut est, recte mihi videor Mnem. 1882, p. 396 statuisse veram lectionem esse AIENAOΣ vel potius AIENEOΣ, quae semibarbara forma tradita est 367, 1 (Kaib.), ut scribendum sit: ὃς Αἴγυπτον πολύολβον || αἰένεος σῶζει Καίσαρος εὐτυχίαις.

Vs. 1 lapis habet:

καὶ πέμψαις ἡμᾶς σῶους ἐς Κρόνου ἐμπόριον.

Ut pentameter exiret, editor delevit ἡμᾶς, fortasse recte, licet pronominis durior sit omissio, et poeta elegantius scripturus fuisset καὶ σῶοις ἡμᾶς ἐς Κρόνου ἐμπόριον. Cf. ad 105.

163, 4. ἀξιθέους αἰ ναοὺς [λαοὺς Wilam.] ἤγαγεν Αἰθίοπων

γαῖαν ἐς ἡμετέρην πυρηφόρον, ἀξιθέωρον.

Vulgo ita poetaster scripsisse creditur pro ἀξιθέους et ἀξιθέωρον. Ut vero Kaibel prius vocabulum recte *deam ferens* interpretatus est, ita vix dubito quin carminis auctor ἀξιθέωρον dictum voluerit terram, quae ducit (allicit) *spectatores*. Qui si volebat *spectatu dignam*, scribere poterat ἀξιθέωρον, adhibita vocalium

synizesin aliquanto minus duram quam in *ναούς* (s. *λαούς*) quod unam facit syllabam, ut 320, 1. Accedit quod Graece non sic dici solet, sed *ἀξιοθέατος* (-*θέητος*).

166, 5. *αὐτὰ δ' Εἴσις ἐθαυμασάμην*

Sic quoque Kaibel p. 413, qui *ἐθαυμωσάμην* satis certum esse dicit. At omnibus Graecis inauditum est verbum medium *θαυμάζεσθαι*, quare dubito, nec tamen *ἐθαύμασα μὴν* praestare videtur. Tradita scriptura *ΤΛΑΜΑΜΗΝΟΤΑΡΩ . . . ΤΑΙΔΑΙC* eo ducit ut corrigam:

αὐτὰ δ' Εἴσις ἐθαυμασάμην (?), *δτ' ἄρ' ὦ[δ']* . . .

Reliqua incertiora. Conieci:

δτ' ἄρ' ὦ[δ'] ἱππᾶδας

ἐκ τᾶς Συήνης ἦκεν ἔχων ἀγέλας.

175, 5. Ellis, Procockii usus apographo, rectius coniecit:

σοῦ, Μέμνον, ἠχήσαντος ἢ μήτηρ [ἴνα]

ἢ σὴ χυθεῖσα σὸν [δέμας περισ]τέφει.

Vs. 8. *Λαλὸν μὲν Ἄργῳ παῖς ἐὼν ἐγὼ ἴμαθον,
λαλὸν δὲ Φηγὸν τὴν Διὸς Πελασγικοῦ,
σὲ δ' αὐτὸν ὄσοις μοῦνον ἐδράκην ἐμοῖς,
ὡς αὐτὸς ἠχεῖς καὶ βοήν τιν' ἐκχέεις.*

Corrigendum arbitror:

ὡς [κ]αὐτὸς ἠχεῖς κτέ.

ut est 177, 9 apud Iuliam Balbillam:

κοίρανος Ἀδριανὸς χάρε δις δ' ἀσπάσσατο καὐτός

ubi receptam oportuit Kaibeli correctio *χῆραις δ'*.

182, 9. *Ταῦτα δ' ἔγραψε Γέμελλος, ἀμοιβὰ δις ἐνθάδ' ἀνελθών.*

σὺν κεδνῇ ἀλόχῳ Ῥουφίλλῃ καὶ τεκέεσσιν.

Ita omnes, etiam Kaibel, ediderunt. Annotavit Franz »Videtur »(Gemellus poeta) saepius visisse Memnonem, quod conicio ex »litteris residuis, quae subiectae sunt titulo: *Εὐτυχῶς σὺν Ῥου-*

»Φίλλη . . . σὺν Λογγίῃ, ubi indicare videtur, quo die una
 »cum uxoro Rufilla, quo die cum liberis affuerit; hinc vs. 9
 »ἀμοιβαδῖς". At Kaibel pro his dedit εὐτυχῶ[ς 'Ρ]ουφίλλη [κα]ῖ
 Λογγεῖν[η], neque igitur Franzii suspicio est unius assis. Praeterea a
 ἀμοιβαδῖς Graeca non saepius significat, sed *alternatim*, cui notioni
 aperte locus non est. Dixit vero Gemellus disertis verbis vs. 4:

δῖς, δαῖμον, τεῦ ἐσέκλυον αὐδήσαντος.

et vs. 9 scripsit procul dubio:

ταῦτα δ' ἔγραψε Γέμελλος ἀμοιβά, δῖς ἐνθάδ' ἀνελθὼν κτέ.

i. e. haec scripsit Gemellus gratiam rependens (Memnoni pro bis
 emissa voce, quae rarius audiebatur), bis huc qui venit cum uxore et
 liberis. Caesuram post quartum trochaeum eamque interpunctione
 deterrimam obvertere mihi noli. Pessimus fuit Gemellus poeta et
 Romanus.

214, 5. Vix recte supplevit Curtius:

πᾶσι γὰρ [ἐν τεκέ]εσσι ἐμοῖς ἀνα[Φ]ανδὸν ἐπέστης
 οὐκ ὄναρ; ἀλλὰ μέσους ἡματός ἀμφὶ δρόμους.

Mnem. 1882, 304 proposui:

πᾶσι γὰρ [ἐγγενέ]εσσι κτέ.

216. Hoc epigramma partim sic expleri potest:

Καὶ τὸνδ' ἠλύσιός τε δόμος καὶ χῶ[ρος] ἄλυπος
 Γλαυκίου υἷα μιῆς (?) δεύτερον [⊥] ἔχει,
 Ζηνὸς ἐνὶ προύχοντα χοροστασίῃ [καὶ] *nomen fratris*
 αὐτοκασιγνήτῳ ξύνδρομον [ἐν σταδίῳ s. σταδίοις.
 'Ἄλλ' ἔτι καὶ τῷ στήσε πόλις τόδ[ε] καλὸν ἄγαλμα
 λάινον ἀτμήτου σᾶμα θε

Ultimo versu quin sub ἀτμήτου delitescat ἀκμήτου vix dubito,
 referendum ad viri virtutem, cuius mentio a fine periit. Sed
 θε[οφροσύνης], quod solum vocabulum sic ordiens numeros explet,
 vix satis aptum videtur. Non magis certa coniectura reperio
 quid vs. 2 lateat sub ΜΙΗΣ sive ΑΜΙΗΣ, quas litteras alterius

Glauciae filii nomen in accusativo celare crediderim. Ariolatus sum :

Γλαυκίου υἱ' Ἀ[ρ]ίη[ν] δεύτερον [ἤδη ἔχει.

Quod si non sufficit, certiora quaerat alius.

219, 1. Σχῆμα τὸδ' Ἑρμείου καὶ εἰκόνας Ἡλιοδώρου κτέ.

Metri gratia pluralem tituli auctor pro singulari Kaibelio posuisse videtur. Quamquam metrum ante caesuram bucolicam hiatus non respuit. Sed cf. II 616, 4.

223, 4. Ἑρμάωνι θεῶ πλείον ἀγαλλόμενοι.

Utrum hoc an melior lectio πλεῖ[σ]τον est in lapide? Sed cf. II 205, 3.

224, 3. τοῦνομα σιγάσθω· τοῦτ' ἀποκληζομένη,

εὔτε με Κεκροπίδας Διοῖ θέσαν ἱεροφάντιν,

αὐτῇ ἀμαιμακέτοις ἐγκάτεκρυφα βυθοῖς.

Notanda satis antiqua confusio verborum κλέιν et κλέζειν, de qua cf. Dindorf in Stephani thesauro s. v. ἀποκλήζω. Ad mysticam hanc nominis celandi legem dignum est quod conferatur epigramma III 115 b (Add.), ubi vs. 5 sqq. legitur :

Οὔνομα δ' ὅστις ἐγὼ μὴ δίξω· θεσμὸς ἐκεῖνος

μυστικὸς ἔχει· ἄγων εἰς ἄλλα πορφυρέην·

ἀλλ' ὅταν εἰς μακάρων ἔλθω καὶ μόρσιμον ἤμαρ,

λέξουσιν τότε δὴ πάντες ὅσοις μέλομαι.

Post mortem autem filii nomen evulgant. Subscriptum enim legimus :

Νῦν ἤδη παῖδες κλυτὸν ὄνομα πατρὸς ἀρίστου

φαίνομεν, ὃ ζῶδες κρύψεν ἀλδὸς πελά[γει].

οὗτος Ἀπολλώνιος ἀοίδιμος, ὃν Φ.

σημαίνει μύστασις οὔνομα πατ[ρός] . . κτέ.

Ubi non dubito quin traditum ΠΕΛΛ . . . recte explerim, sed dubito an pro κρύψεν melius scribatur κρύψ' ἐν. Reliqua non expedio. Vs. 3 an Φ[ιλίοισιν]?

237, 5. καὶ πρὶν μὲν ζώσης ἀλόχου Φάος εἰσοροώσης
σὺν κείνῃ κατ' ἔτος σοῦς ἐγέραιρε τόπους.

In eleganti ceteroquin epigrammate offensioni est immanis tautologia, cui frustra Jacobs comparavit pulchrum Homeri versum Iliad. A 88. Procul dubio, una abiecta littera, corrigendum est:

καὶ πρὶν μὲν ζώῃς ἀλόχου Φάος εἰσοροώσης κτέ.

Cf. v. c. II 635, 1.

242, 1. Mnem. 1882, 394 pro (Κύπριδος) λιγείης tentabam γλυκείης.

244, 1. Ἀμφότερον ῥητῆρα δικῶν μελέτησι τ' ἄριστον κτέ.

Versus expressus ad similitudinem Homerici

ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής,

quem ipsum versum alius epigrammatis (II 601, 4) auctor integrum in suam rem convertit. Conferatur etiam II, 9, 2.

251, 4. ὡς μὴ φέροι τις αἴσχος ἀποκισσούμενος.

Novum verbum ἀποκισσοῦν, *hedera privare*, formavit poeta ad exemplum verbi ἀποστεφανοῦν, *privare corona*.

258, 8. Cougny sic supplet:

βένθεσιν [εἰν ἀλίης] ἔδρανα ῥυομένη

monens ἀλία sive ἀλίη pro mari poni rarum esse; quasi umquam ea vox hac notione frueretur. Quidni supplebat potius

βένθεσιν [εἰν ἀλίσις] κτέ.,

quod optime dictum est? De reliquis eiusdem in hoc quoque epigrammate erroribus alio loco monebo.

261, 4. τεῦξον δμῶς γλυφικῆς ἀμφὶ καὶ εὐγραφίης.

Novum est quod poeta pro instrumentali utitur praepositione ἀμφὶ cum genetivo, quo sensu antiqui poetae, velut Pindarus, subinde eandem praepositionem adhibuerunt, sed iunctam cum dativo.

263, 23 sqq. Nove dictum est *μηδέ τις — ἐς ἄλσεα δένδρων — ῥήξειε μάκελλαν impringendi sensu, vix tamen [π]ήξειε conicere ausim.*

278, 5. ταύτη καὶ γένος ἔσχεε ἐτήτυμον, Ἡράκλεια,
Ἡρακλέους, Φοίβου, πρὸς δέ τ' [ἀπ' Ἰα]μ[ι]δῶν.

*Ἐσχεε vitiosa aspiratione exaratum esse pro ἔσχεε statuebam Mnem. 1882, 395 et nunc statuo. — Vs. 6 sic rectius quam Cougny supplevit Kaibel p. 360 sq. Duos vss. sqq. sic ibidem tentabam:

οἷ σε καὶ [Ἄρπυϊαι ὄτ'] ἀνηρείψα[ντο, καθῖσαν
αὐτοκασιγ[νήτην] θᾶκον ἐς [ἀ]θ[ά]ν[ατον.

301, 4. ἢδ' ὅτι λαϊνέων δαπέδων κρηπίδα τορήσας
τεῦξεν Ἐλευθερίας ἐνναέταις τέμενος.

Ita lapis habere traditur, neque aliter edidit Kaibel, qui nihil annotat. In verbo qui haesit Cougny contra metrum dedit *πορίσας*, cum deberet saltem *πορίσας* scribere. Proprium quod expectatur verbum est *στορενύναι*, ut 327, 7, ubi lego:

Οἱ δ' αὐτοὶ δάπεδον πυκνοῖς στόρεσάν τ' οὐδοῖσιν κτέ.,
sed cum *στορέσας* metro non conveniat, nec *στρώσας* probabile sit, nescio an [π]ο[ι]ήσας sit vera lectio. Dubito saltem *τορήσας*, quod non intellego, recte e lapide descriptum esse.

324. Εἰκόνα τήνδ' ἐσάθρει· πέλεται δὲ τοῦ ἀγνοῦ ὑπάρχου
ἐς Κρητῶν πόλιν, ἣν μοῦνος ἔθηκα νέην.

Ἄγχιθυρος δ' ἔστηκα Δίκης πέλας· εἰμὶ Δίκης γὰρ
ἦπιος ἰθυδίκους, τοῖς δ' ἀδίκουσι δέος.

Pro altero ΔΙΚΗΣ Boeck coniecit *κρίτης*, idque non monito lectore recepit Kaibel. Non recte, ut mihi quidem videtur, quia *πέλας* sic positum iuxta *ἀγχιθυρος* inepte abundat. Nescio an malus poeta pravo quidem fortasse acumine usus, sed ab isto aevo (est enim recentissimum epigramma) neutiquam alieno, verba in hunc modum distinxerit:

Ἄγχιθυρος δ' ἔστηκα Δίκης· πέλας εἰμὶ Δίκης γάρ,
ἦπιος ἰθυδίκους, τοῖς ἀδίκουσι δέος. •

Sto prope Iustitiae (templi) fores· prope enim sum iustitiam
(i. e. a. iustitia non discedo), *mitis iustis, sed iniustis formido.*
Ad ἄγχιθυρος ἔστηκα cf. 266 c (add.) 4 sq.

Ἰστάμεθ' ἄγχιθυροὶ = Διοῦς καὶ Κούρης.

Vid. et 331b, 2 (add.)

325. Διφίλου οὗτος ὄδ' ἐστὶ τύπος τοῦ Διφίλου υἱοῦ,
ὃς καὶ ἐπὶ στρατιῇν δόξαν ἔχεν μεγάλην.

Nequaquam οὗτος ὄδ' tuetur ὄδ' ἐκεῖνος in epigrammate C. I.
6217, collato a Kaibelio

Βάσσος ἐγὼν ὄδ' ἐκεῖνος, ὃν ἔκτανε Δύσφορος ἀνὴρ,
ubi ὄδ' ἐκεῖνος, *hic ille*, quae frequens est formula, recte et
ordine dictum est. Hic contra alterum pronomen sine sensu,
ut numeri explerentur, a poetaastro incertum est. Prave quoque
dictum est ἐπὶ στρατιῇν pro ἐπὶ στρατιῆς, i. e. *militiae*, modo
revera sic legatur in lapide.

326, 3. Ἐρμῆ δ' ἐπ' ἄλειφα χεύσομαι

Φυλαττομένῳ δῶμα τόδ' Ἀττιάδων.

Φυλαττομένῳ est pro activo et metrum postulat [τὸ] δῶμα τ. Ἄ.

327, 22 ἴλαθι, τοῦνεκα σεῦ νηὸν ἔθηκε γονεύς.

Τοῦνεκα pro οὔνεκα dictum, ut supra 263, 6 τόφρα pro ὄφρα,
274, 3 τηνίκα pro ἠνίκα et saepe apud sequiores τέως pro ἔως,
qua labe librarii vel antiquos et probos scriptores, velut De-
mosthenem, inquinaverunt, tuentibus plerisque etiam nunc criticis,
licet Dindorf quam improbable sit florenti lingua tam gravem
errorem ab optimo scriptore commissum esse satis ostenderit.

328. Ὁ κρατερός πολιούχος ἀναξ ἠγείρατο ταύτην

νεύματι τῷ σφετέρῳ χαλκοτύπου παλάμαις

στήλην Εὐδάμοιο, τὸν εὖ ἐνόησατο θεσμὸς

πειθόμενον σκήπτροις αἰὲν ἀκηρασίους κτέ.

Acquiescitur parum probabili Brunckii sententiae, *θεσμός* hic significare *βσιλιεύς*. Nescio an potius subsit aut lapidarii aut describentis error et fuerit:

τὸν εὖ ἐνόησατο θεσμο[τ]ς
πειθόμενον σκήπτροις [τ'] αἰὲν ἀκηρασίους.

347, 4. τῶν γενεῶν βλοτόν τ' αὖξισεν ἀπημοσύνη.

Tam numeri quam sententia postulant *αὖξιοι*. Iisdem de causis 269, 4 supplendum arbitror:

οὐς ἐσάωσε θεός, ὅτε βούβρωστις κατὰ γαῖαν
σαρκοβόρος, δεινή τε Φόνον βρίθουσά [τ'] ἄλυκτον
κόσμον ἐπέσχεθε πάντα.

348, 3. εἴμ' ἱερῆς ἐγὼ Ἀσκληπίας· ἐκ δὲ τοκήων

πατρὸς Ἐϋκτιμένου Ἀσκληπιάδαο γενέσθην.

Licet admodum recentis aetatis sit hic titulus, valde tamen dubito de forma duali usurpata pro *ἐγενόμην*. Nisi egregie fallor, lapis habet aut certe carminis auctor voluit *γεν[ή]θην*, formam sequioribus usitatissimam.

359, 4. μάρτυρι Σεργίῳ περικαλλέα νηὸν ὀπάσσας.

Nihil opus cum editore numerorum causa reponere formam pessimam *Σεργείῳ*. Nam in nominibus propriis omne licentiae genus epigrammatum conditores, etiam antiquiores, admittere certum est. Vix quidquam gravius in hoc genere reperitur quam quod legitur I 281, 2:

Κύϊντον Ἰούλιον Μίλητον οἱ τεχνῖται ἀνέθηκαν,

in quo versiculo sola duo triave ultima vocabula metri legibus parent. Hinc quoque intellegitur, cur II 406, 4 ferri possit

τιμῶσιν τὸν σόν, Μαρκελλῖνε, τὰ Φον,

ubi certa pentametri lex violatur, quod idem fit II 189, vs. 19 (Add.), qui sic scribendus:

εἰδός τε ἡγάθειον, Ἀρέσκουσα κλυτή.

ubi male dederunt editores

εἶδος τε ἡγάθειν, ἀρέσκουσα, κλυτή.

Nomen Ἀρέσκουσα est etiam Inscr. 1626, teste Papiro.

AD CAPUT II.

25. Σοῦ μὲν δὴ πατρίς δὴν, Κέρκινε, Φοξίου υἱέ,
 Ποντιᾶς Ἡράκλει' ἕξει ἄχος Φθιμένου
 ἡμ[ετέρων] ἐν χερσὶ Φίλων· ὄ[θεν οὔ]ποτ' ἐπαίνου
 λησόμεθ'· ἢ μάλα γὰρ [σὴν Φύ]σιν ἡγασάμην.

Dedi Kaibellii (p. 194) lectionem, quam de more Cougny parum diligenter repraesentandam curavit. Omnia vere suppleta videntur praeter ὄθεν οὔποτ' vs. 3, licet in eandem coniecturam inciderit Buecheler; nam in praegressis haud satis causae significatum est, cur superstites numquam defuncti laudes oblituri esse dicantur, neque igitur locus est adverbio causali ὄθεν. Rectius, nisi fallor, supplebitur velut:

*ο[ὐ μή]ποτ' ἐπαίνου,
 λησόμεθ'· ἢ μάλα γὰρ σὴν φύσιν ἡγασάμην.*

27, 3. καὶ σοὶ γε ὠραία χάρις ἤλυ[θεν α]ὔτη, Ἀρίσταν,
 δεινοῦ (?) [ἐλευθ]ερίαν (?) τοῦ δεσμο[ῦ (?) . . .

Prorsus desperatam esse alterius versus scripturam vel inde apparet, quod ΔΕΣΜΟ in lapide esse non posse certa docet pentametri lex. Cum tamen ΔΕΣΜΟ facile ab eo qui lapidem descripsit male lectum esse potuerit pro ΔΕΣΑΛΟ, venit in mentem, fortasse poetam dicere voluisse, mortem Aristonem liberum reddidisse a vitae curis et fluctibus. Ita possis velut:

*δεινοῦ [ἐλευθ]ερίαν τοῦδε σάλο[υ βιοτῆς
 [ἢ τοι ὄπασσε sive ἐνειμε,]*

Sed sine meliore apographo versus restitui nequit.

31. Σῆμα τὸδ' Οἰναίου Διονυσίου· τῶν δ' ἔτι πρόσθεν κτέ.
 Non est, quod contendit Cougny in annotatione, — υσιου pro dactylo, sed pro spondaeo, ut passim praesertim in nominibus propriis iota breve ante longam vocalem aut diphthongum habet vim consonantis vel, si mavis, in pronuntiando negligitur, velut I, 12, 1 Ἀπολλωνίας, ubi perperam olim Brunck metri gratia reponi iussit Ἀπολλονίας, II 53, 2 Πυθίων, 199, 8 Ἐσ-
 τιαῖος (fallebar Mnem. 1882, p. 390), 256 Καλπουρνιανός, 289, 1 Πωπιλίας, 741, 1 Ἰουλίου Καρακουττίου, alia plurima. Paulo rarius idem fit in appellativis, ut in δισχίλοις 53, 7 (licet ibi poeta more Homérico δισχίλοις dare potuerit), κραδίη 504, 4, λεντιάριοι 478, 1, χηρίαν 399, 8, ubi nihil opus cum editore Parisino conicere χηρείαν στυγνῆ pro χηρίαν δυστήνου, et alibi. — Alia brevis vocalis sublatio est, quae seriore aetate etiam in oratione soluta saepius apparet, in nominibus propriis velut Ἰανούαρις pro Ἰανούαριος (II 684), Ἑλλαδῖς pro Ἑλλάδιος (705), Ἀσπασίς pro Ἀσπάσιος I 253 b, 2 (Add.) aliisque.

34. Facile quidem et apte expleveris:

Ἐνθάδε τὴν ἀγαθὴν καὶ σώφρονα γαῖ' ἐκάλυψεν

Ἀρχεστράτην [γαμετὴν] ἀνδρὶ ποθεινοτάτην.

sed incertius est supplementum, quia aequo iure suspicari potes additum fuisse patris nomen in genetivo. Praeterea etiam ἄλοχον non prorsus aspernatur metrum, interdum enim in seris his epigrammatis brevi syllaba clauditur prius pentametri membrum:

36. Tentavi Mnemos. 1882, p. 386 sq. hunc titulum fortasse sine causa idonea, sed nondum displicet, quod ibidem in epigr. 40, 2 supplebam. καὶ τὸ δικαιοσύνην ἀσκοῦν] τὰ Φίλοισι προσεῖναι.

74. Εἴ σε τύχη προὔπεμψε καὶ ἡλικίας ἐπέβησεν,
 ἐλπίδι γ' ἦσθα μέγας τῷ τε δοκεῖν, Μακαρεῦ,
 ἡνίοχος τέχνης τραγικῆς Ἑλλήσιν ἔσεσθαι·
 σωφροσύνη δ' ἀρετῇ τ' οὐκ ἀκλεῆς ἔθανες.

Quanta sit Cougnyi imperitia si non undique apparet, cognosci posset ex hac versione Latina: *Si te fortuna prius iusto misit (pro comitata esset) et iuventutem tuam aggressa est (pro ad maturam aetatem pervenire sivist).* Ceterum poeta primo versu sic orationem instituit, quasi sequeretur huiusmodi apodosis: *ἡνίοχος ἂν τέχνης τραγικῆς Ἑλλησιν ἐγένου.* Quod si non admittis, post *ἐπέβησεν* distinguere poteris puncto pro virgula, ut aut sumatur aposiopesis verborum *καλῶς ἂν εἶχεν*, aut *εἰ* valeat *εἶθε*, *utinam*, qui usus, non addita vocula *γάρ*, rarior quidem, sed certus est. Ita verti poterit: *Utinam te fortuna comitata esset et ad maturitatem pervenire sivist! At spe saltem magnus eras et hominum existimatione, o Megareu, fore te aliquando tragicæ artis Graecis aurigam.* Ad vocem *ἡλικία* sic usurpatum cf. II 592, 2, ubi vir viginti annos natus *πρὸ ἡλικίας* exstinctus esse dicitur.

50. Sic correxi Mnem. 1882, 387:

Μνηῆμα Μνησαγόρας καὶ Νικοχάρους τὸδε κεῖται,
αὐτῶ δ' οὐ παραδέξατ' — ἀφείλετο δαίμονος αἴσα —,
πατρὶ Φίλῳ καὶ μητρὶ λιπόντε ἀμφοῖν μέγα πένθος,

ut agatur de cenotaphio. Praeter interpunctionem emendavi lapidis quae traditur lectionem *παραδειξαί*.

51, 6. *Χῖος ἀγαλλομένη Συμμάχῳ ἐστὶ πατρίς.*

»Mira" ait Kaibel p. 29 »*Χῖος* nominis trochaica mensura, qua »tamen minime defenditur epigrammatis, quod Simonidium »dicitur 119, 4 *οὐδ' ἴκεν Χίον ἐς ἀμφιρύτην*, scriptura". Mihi res non adeo mira videtur. Quippe poeta primam pentametri syllabam vi arsius producens imitatus est Homerum, quem saepius idem in hexametris fecisse notum est. Ut vero apud illum nemo propterea scribit *Φῖλε κασίγνητε κτῆ.*, ita epigrammatis auctori obtrudi nolim *Χῖος* pro *Χίος*. Cf. 510, 5, ubi hexametrum orditur vox *τριάκοντα*, et 646, 5, ubi pro *δίχα*, a quo versus incipit, male Ellis coniecit *νόσφι*. De *Χῖος* pro *Χῖος* cf. Thesaurus,

51, 1, Μνᾶμα [βλέπεις ἐπὶ] κτέ. Jacobsii est supplementum, pro quo Kaibel maluit μνᾶμα [τὸδ' ἐστ' ἐ]πλ. Possis quoque μνᾶμα [δράας ἐ]πὶ σώματι κείμενον ἀνδρὸς ἀρίστου.

53 c (Add.). Σώζων μὲν πίστιν, τιμῶν δὲ ἀρ[ετᾶν] θάνες ὧδε
Καλλία Σα . . . πατρίδος ἐκ Τεγέας.

Manifesto corrigendum:

Καλ(λ)ίας ἼΑ . . . πατρίδος ἐκ Τεγέας.

ἼΑ est prima littera nominis patris, velut Ἰαλκμᾶνος aliusve. In priore versu e lapide restituenda est forma antiquior σῶζων.

117. Ἐνθάδε πῦρ τὸ Τρώων, Ἑλλάδος ἄλγος ἀπάσης
ὁ Πριάμοιο Πάρις ψύχομαι ἀκρολόφοις.

Reliqua omnia epigrammata, quae e peplo pseudo-Aristotelio collegit editor, quamquam exilia sane sunt et perexigui pretii, numeris tamen perscripta sunt ita bonis, ut de vitio suspectum habeam huius epigrammatis versum priorem, legitima in epica et elegiaca poesi caesura carentem. Fortasse fuit:

Ἐνθάδε πῦρ Τρώων, [τῆς] Ἑλλάδος ἄλγος ἀπάσης.

Ceterum incisio ista in medio hexametro apud recentissimi aevi poetastros non est plane insolita. Sic in hoc capite habemus 623, 5: χαίρετε δ' οἱ παριόντες κεύχας θέσθ' ὑπὲρ αὐτοῦ; 661, 2 ἀνδρὸς θεοῦ Πουβλίου Ἀττίου Καπίτωνος, qui vs. veniam habet propter nomina propria; in capite III 164, 1: Καλλιόπης μὲν Ὅμηρος, σοὶ δὲ οἱ ἐπλετο αὐτῇ || γλῶττα μὲν Εὐτέρπη, Οὐρανίη δὲ [γε] Φρήν, sed hexameter sic corrigendus videtur: Καλλιόπης μὲν Ὅμηρος <ἔην>, σοὶ δ' ἐπλετο κτέ. Porro cf. III 212, 5. 247, 1. 248, 1. 262, 4. 328, 1 et 2. 385, 1—3. IV 97, 1 et 4—6, qui versus, partim Christianae originis, omnes valde recentes sunt et deterrimi, quibus multos eiusdem farinae similiter incisos qui hoc agat addere possit. Cf. A. P. IX 655, 1. 3. X. 44, 4, al.

122, 3 — ἔθανες, Διονύσειε, καὶ τὸν ἀνάγωγος
κοινὸν Περσεφόνης πᾶσιν ἔχεις θάλαμον.

Genetivum *ἀνάγκης*, qui cum *θάλαμον* vix iungi potest, non expedito. Num forte est in lapide ΑΝΑΓΚΗΙ, ut intelligendum sit *Persephonae thalamum fati necessitate omnibus communem?* Cf. 365, 1.

128, 7. Si certum est primam nominis litteram fuisse N (vid. Kaibel p. 195), versum sic explere poteris:

N[ικίας] οἰκεία γνώμη Θηβαῖτος ἔτευξεν.

Ad nominis mensuram vide quae monui ad II 13.

134. τοῦτο Θεῶν ὁ μόνουλος ὑπ' ἥριον ὁ γλυκὺς οἰκεῖ
αὐλητής, μίμων κῆν θυμέλῃσι χάρις.

i. e. καὶ μίμων ἐν θυμέλῃσι χάρις, quod voculae καὶ hyperbaton ne antiquis quidem prorsus ignotum serioribus poetis est usitatissimum. In hac ipsa sylloge cf. I 112, 6. 239, 3 II 341, 6, ne plura exempla afferam. Cuius rei ignorantia fecit ut Cougny absurde verteret »mimorum vel in scenicis flos”.

141. Τηλοῦ πατρίδος ὡς ἔθανον κλειναῖς ἐν Ἀθήναις κτέ.

Iucunda est Cougnyi annotatio »legit Cumanides ὄσ' ἔθανον”. Nempe quod in lapide exstat OC veteri litteratura significare potest οὔσ', quod ipsum sententia postulat. Aequè inepta 153, 1 edidit τοὺς δὲ pro τοῦσδε, quod consulto eum fecisse ipsius versio Latina demonstrat; et iniuria 171, 1 et 4 Κλιτοφῶντα pro Κλειτοφῶντα et εὐκλεᾶ pro εὐκλεῆ. Imperite idem 157, 1 edidit Πολύειδος Ἐχέ[Φρωνος!] Φίλος υἱός, idque cum veras scripturas Ἐσλός ἐὼν Πολύιδος Ἐχε[κλήος] discere posset a Kaibelio p. 82, et in 179 male secutus est Rhangabaeum, postquam Kaibel p. 320 recte constituit trochaicos tetrametros.

(Add.) 173 b, 5.

πολλάκι δ' ἀμφὶ τεδὸν μᾶτηρ τάφον οἰκτρὸν αὔσεν
Δεξὸ στενάξουσα δρφανάν τέκνου χάριν.

Notandum in bonae aetatis epigrammate *δρφανάν*, quod ad ma-

trem orbam pertinet, permire traiectum ad *χάριν*. Melius intel-
ligerem *ὀρφανὸν τέκνου τύχαν*, i. e. *suam orbitatem*, ut Euripides
dixit in Hecuba vs. 150 *πότμος ὀρφανὸς τέκνων*. Sed vide ne
poetae reddendum sit *ὀρφανά*.

173 c. ὦ ξένη, τόνδ' ἐ[σ]ὶρα Διονύσιον, ἡδὲ γυναῖκα
ἔρκεο τοῦδε, Φίλαν, πνεῦμα λιποῦ[σαν] . . .
ἄμφω γηραλέω . . . δὲ τέκνων τέκ[να] . . . ὄντα
ὀλβίστους θα[να]τος γλ . . . ος κατέχει.

Quidquid fuit in prioris distichi fine, non potuit esse *ἐκεῖ*, quod
sensu vacuum coniecit Cougny. Nec valde placet, quod tamen
minus ineptum est, *πνεῦμα λιποῦ[σαν] ἑόν*. Quaerat alius! Vs.
tertio vix dubito quin supplendum sit [*λιπέτην*] δὲ κτέ. Cf. v.
v. 198 d (Add.):

καὶ παῖδας παίδων λειπόμενος γλυκέας
οὐκ ὄλβω ἐρίδοντας (sic) ἀριζήλω δ' ἐπὶ δόξῃ,

ubi aut *ἐρί[σ]οντας* aut *ἐρί[ζ]οντας*, quod in sera hac poesi
metro non excluditur et aptius videtur, corrigendum est. Quid
post *τέκνων τέκνα* supplendum sit non video, sed *γλ . . . ος* vix
aliter expleri potest quam adiectivo *γλ[υκύτατος]*, cuius primam
syllabam poeta cogentibus numeris et permittente usu Homérico
produxisse videtur.

180. Ὅστις καὶ τίνος εἶμι, τὰ πρόσθεν γράμματα φράζει,
ἀμφὶ δ' ἐμῆς μοίρης πᾶς ἐδάκρυσε λεώς·
οὔνεκεν οὐκ ἔφθην χλαῖναν περὶ αὐχένι θέσθαι
κώμφ ἐν ἡγαθέῃ, παυσάμενος βίτου.

Si revera sic habet lapis, durum propter praegressum *ἔφθην* obtinet
anacolython, quod facile evitari potuit scribendo *παυσάμενογ*,
iungendum cum verbis *ἐμῆς μοίρας*. Nihil tamen novare satius.

181 b (Add.). Duorum, non unius, epigrammatum videntur
esse reliquiae, quas sic fere expleverim :

α' Εἰκόνα Παρμενίδου θυγατρὸς σφετέρως με Δαήμων
 καὶ Κλεινὸν μᾶτηρ μνᾶμ' ἐπὶ παιδὶ θέσαν,
 ὑψίστου δέ μ' ἔχει τέμενος Διός, ο[ὗ] γὰ [μ'] Ἀπόλλων
 οὐδ' ὄ[ν] ἄμειψεν, ἔλδον ἐκ πυρός, ἀθάνατον.
 β' [Ε]ἰκόνα Παρμενίδου σταῖσεν θυγατρὸς μ[ε] Δαήμων
 [κ]αὶ Κλεινὸν μᾶτηρ

Vs. 3, ubi editur δ[Φ]ρα τ', 4, ubi est... ου ἄμειψεν, et β' 1
 μ[ε] Δαήμων mea sunt supplementa. Τέμενος Διός est Olympus,
 cuius aeternum limen defunctae puellae animus, ab Apolline e
 rogo sublatus, transgressus est.

184. Δοιῶ μὲν δεκάδες σε τελειοτόκων ἐνιαυτῶν κτέ.

Non male Cougny pro obscuro vocabulo coniecit *τελειοτρόχων*,
 licet etiam praeferam *τελειοδρόμων*, quia *τελεδδρμος*, *τελε-*
σίδρομος et *τελεοδρομεῖν* non, ut illud, ignota sunt vocabula.
 Reliqua vitiose edidit, nam vs. 4 *πατρί* typ. vitium est pro
μητρί et lapis Ἀρπαλίδι habet, non Ἀρπαλίφ, ut discere potuit
 ex Mittheil. II p. 291, ubi praeterea Romanus in lapide vs. 7
 legit, quod sententia postulante conieceram, *σὲ δ' ὕστατον*
ὑπνον ἐλοῦσαν, pro quo absurde Cougny dedit *ἐλό[ντος]*.

188, 9. Kaibel dedit (243, 9):

Ἄξιον, ὦ Φιλάδελφε, ἀρε[τῆς] π[ό]τμον ἔλλαχες αἴσ[η]ς.

Sed ultimas litteras bene descriptas esse dubito. Melius certe
 intellegam *ἀρετῆς—ἄκρη[ς]*. Possis tamen *αἴση[ι]*.

189, 6 sq. Omnino cf. Kaibel p. 91, cuius certa est correctio.

Ad *κατὰ λεχέων* (4) dictum pro *κατὰ λέχεια* vide quae notavi
 Mnem. 1882, 390. Nihil apud sequiores frequentius.

191. Ἔστι τοῦνομά μοι Ἀφροδίσιος, ὃ παροδίτα,
 εἰμὶ δ' Ἀλεξανδρέως, τῶν δὲ χορῶν ὁ μέσος.

θνήσκω δ' οἴκτροτάτῳ θανάτῳ διὰ τὴν ἄλοχόν μου
 κλειψίγαμον, μιεράν, ἣν περὶ δὲ Ζεὺς δλέσει.
 ταύτης γὰρ λάθριος γαμέτης καὶ ἐμὸν γένος αὐχῶν
 εἴλξέ με κἄφ' ὕψους δισκοβόλησε νέον.

Recepi verissimam Eggeri correctionem pro ἣν περὶ Ζεὺς δλέσει, nam περιλλύναι Graecum non est et absurdum. Tironum autem gratia moneo apud sequiores poetas ζ saepe non facere positionem, qua in re Homerus praeiverat in nominibus Ζάκυνθος et Ζέλεια. Sed omnino repudianda videtur quam recepit Kaibel Iacobsii coniectura αἰσχῶν pro αὐχῶν, quia αἰσχεῖν (pro αἰσχύνειν) nunquam exstitisse contendo. Procul dubio depravata est Hesychii glossa αἰσχέας· αἰσχύνας, sive legendum est cum Albertio αἴσχεος· αἰσχύνης (coll. Hom. II. XIII 622), sive, quod fere praetulerim, αἴσχεα· αἰσχύνας, coll. II. VI 351, 425. Praeterea vero de moechis non dici solet αἰσχύνειν γένος alicuius, sed λέχος. Is, de quo hic agitur, moechus erat interfecti mariti consanguineus, quo turpius atque scelestius fuit duplex hominis facinus. Vs. 5 ἐμὸν dedi pro ἀμὸν.

192, 7. Ξεῖνε, σὺ δ' ἀείσας Δημοκλέος υἱέα χαίρειν
 Δημοκλέα, στείχοις ἀβλαβῆς ἴχνος ἔχων.

Kaibel annotavit »ἀείσας, i. q. εἴπας, nove dictum videtur." Miror' virum sagacissimum praeteriisse, quidquid exstet in lapide, carminis certe auctorem voluisse:

Ξεῖνε, σὺ δ' ἀ[πύ]σας κτέ.

i. e. magna voce valere iubens. Cf. II 690, 6.

193, 3. Λαμπάδα γὰρ ζωᾶς δραμεῖν μόνον ἤθελε δαίμων,
 τὸν δὲ μακρὸν γήρωσ οὐκ ἐτίθει δόλιχον.

In eleganti epigrammate offensione non caret μακρὸν δόλιχον, quia δόλιχος iam significat μακρός. Longe equidem malim μακροῦ.

105, 5. Αὐτή μοι καὶ παῖδας ἐγείνατο πάντας ὁμοίους
scil. μοι, i. e. *neminem spurium*, quod dicens maritus uxoris
pudicitiam testatur. Cf. 485, 6. Saepius sic Graeci genuinos
germanosque liberos appellaut. Cf. Aesch. Agam. 755 et Add.

198. Ἦν] ποτ' Ἀθηναίη

ἔτρεφεν ἄλλοτρίων ἀμ[Φί]πολον ταλάρων,
ἔδ]ραμε παιδὸς ἔκητι καὶ ἐς βασιλῆος ἰκέσθαι,
ὄς] ῥα καὶ ἀφνειῶν εἶσεν ἐπὶ κτεάνων·
ἔμ]πης δ' οὐ ζώουσαν ἀπήγαγεν· ἀλλὰ τάφους γε
Κεκρ]οπίους Λιβυκῶν ἀν[τὶ] λάχε ψαμάθων.

Annotat Kaibel »Mater, cum filiam, quae apud regem nobili
quodam munere fungebatur (v. 4) moribundam audiisset, eo
contendit cett." Propter per quam humilem matris conditionem
equidem suspicor filiam, quam *in magnis opibus rex collocasse*
dicitur, non nobili munere apud regem Aegypti functam esse,
sed hunc eius amore captum pellicis loco eam habuisse et prop-
terea locupletasse. Similiter suspectam habeo Phoebae, cuius
epitaphium habemus II 431, pudicitiam.

198 b (Add.), 7 sqq. Lacunas sic tentavi:

Οὐ κέν τις ψεύσαιο πρὸς Οὐλυμπον [μέγαν αὐχῶν
Κύπριδι νηοπόλον ἀθανάτους μ' ἀγαγεῖν,
ἦ καὶ Ἀθηναίην πάρεδρον θέμεν κτέ.

Deinde 14 sqq. in hunc modum:

Τώρα μόνον κλαίοντες ἐν οἴκοις οὐπο[τε] σείο
αἰνοπαθῆ δακρύων πλήσουσι[ν] γενέ[ται],
σὴν ἀρετὴν τεὰ τ' ἔργα, σαοφροσύνην τε π[ρο]θεῦντες
εἶδος τε ἠγάθειον, Ἀρέσκουσα κλυτή.

*Itaque miseram tuam calamitatem domi flentes genitores lacrimis
numquam explebunt non sane eleganter dixit poetulus, ita tamen
ut quid velit satis intellegatur. De Ἀρέσκουσα nomine proprio
supra iam monui ad I, 359.*

198*d* (Add.). 1^o Ω παρ' ἐμὸν [σ]πεύ[δ]ων τοῦτ' ἤρ[λον] ἴσταθι, ξεῖνε.
 Ultima verba non recte expleta sunt; inaudita enim est forma ἴσταθι pro ἴστασο sive ἴστω, et in epigrammate haud ita recenti (sec. I a. Chr.) improbable est tam grave vitium metricum. Possis ἴστω, ξεῖνε, qualis clausulae spondaicae, veteribus non permissae, multa exstant apud sequiores, corruptis quibusdam Homeri locis abusos, exempla.

198*e* (Add.), 4 ἀλλ' ὁ μὲν ἐν βαιοῖς ο[ἴχ]ε[ται] ἡ[λυ]σιοῖς.
 Quamdiu qui sint *parvi* campi Elysii ignoro, recte hunc versum correctum esse dubito. Num forte lapis non ΒΑΙΟΙC habet, sed [ΠΕ]ΔΙΟΙC? Ita coniecerim potius:

ἀλλ' ὁ μὲν ἐν πεδίοις ο[ἴκ]ε[ει] ἡλυσίοις.

200. Ἥλυθες οὐκ ἀβόατος ἐνὶ τρισσαῖς δεκάδεσσιν,

Θεόδοτε, τὰν ζώοις (l. ζωῖς) οἶμον ὀφειλόμενον.

Quicumque triginta annos natus debitum animantibus iter facit, i. e. moritur, id facit non ἐνί, sed ἐπὶ τρισσαῖς δεκάδεσσιν, quare sic corrigo.

203, 104, 219 et 194. Veras lectiones reperies apud Kai-belium. Idem valet de epigrammate 214, ubi Cougny supplevit:

Θεόδοτα ἃ μάτηρ σε [κατέ]στολε κτέ.

Sed fac recte dici καταστέλλειν de *componendo* mortuo, perfecti forma ἔστολα pro ἔσταλκα nusquam, quod sciam, reperta est. Cf. Curtius, das Gr. verbum ed. II, vol. II, p. 208.

217, 15. οὐδεὶς γὰρ ἐξήλυξε τὸν μίτον Μοιρῶν,

οὐ θνητός, οὐκ ἀθάνατος, οὐδ' ὁ δεσμώτης

οὐδ' αὖ τύραννος κτέ.

Pro ΟΥΔΟ lege ΟΥΔΕ: οὐδὲ δεσμώτης. Vs. 13 est:

οὐδ' αὖ Θέτις τὸν στεναρὸν ἔστενεν παῖδα κτέ.

Cougny vertens *gemitu dignum* non intellexit poetam aut lapi-

darium neglecta, quod saepius fit in titulis, aspiratione ita scripsisse pro *σθεναρόν*.

218, 5. ὃς βασιλεια Διὸς καὶ ἐν Ἡρακλέους τρις ἐνάθλοισ
Ἰπποῖς νικήσας δώματ' ἐπηγλάισεν.

Apte Kaibel reposuit *τρις ἀέθλοισ*, sed fortasse lenius eodem sensu reponi potest *τρισιν ἄθλοισ* ut sit *in ternis ludis Herculeensibus*.

220. Ἐνθάδε τὸν πάσῃσι κεκασμένον ἀγλαΐῃσιν
εἶλε φθόνος, δυνατῶν μήτι κτέ.

Invidia deorum significari videtur, ut 222, 2; 464, 3 et alibi; *δυνατῶν* autem de dis, vulgo *κρείττονες* qui audiunt, accipiendum.

222, 7. καὶ γνοῦς ὡς θανάτοιο οὐδὲν γλυκερώτερον αὐχᾶς.

Certissimam Valckenaerii (qui ipsi est Walckenaar) emendationem *θνατοῖς* (non *θνητοῖς*) repudiat in annotatione Cougny, ineptissime explicans quod vulgatur.

226, 3. εἴκοσι τῶν πάντων ἐτέων ὑπὸ τῷδε κέκρυμμαι
σήματι κτέ.

Malim *εἴκοσιν ὦν* κτέ.

Articulo certe in epico sermone opus non est, et dura est hic participii omisio. Noli requirere *εἴκοσ' ἐών*, nam frequens est apud seniores epigrammatum poetas Atticarum formarum usus.

229, 9. εὐοδεῖν δέ οἱ
κατεῖδ' Ὀμήρου δέλτον, ἅς ἐνὶ πτυχαῖς
ὃ τε πλανάτας ἐστὶ Λαρτίου γόνος
καὶ μῆνις Αἰακίδαο.

Ita Boeckh, sed longe melius e litterarum vestigiis *εὐδαεῖ νοῖ* eruit Hermann, cui recte Kaibel obsecutus est. Videtur

igitur Mnaseas versatus fuisse in carminum Homericorum interpretatione. Omnino autem fuit, ut reliqua docent, homo variis artibus eruditus, nec tamen cum Boeckhio statuere ausim eum *carmina didactica*, cosmologica et astronomica, etiam geometrica composuisse. Certe id non demonstrant hi versus:

ἄ μὲν τὰ κόσμου σεμνὰ καὶ δι' ἀστέρων
διῆλθε τὰν πυρωπὸν ἀστεροδρόμων
κέλευθον, ἄ δὲ] καὶ γεωμέτρου τέχνην
γραμμαῖσιν ἰχνεύτειραν.

quibus nihil aliud dicitur quam Mnaseam his artibus operam navasse.

231, 7. ἄρκεο, μοῖρα, θανόντι νέφ, δίσσων (l. δισσῶν) δὲ συναίμων
Φεῖδω καὶ γονέων λυκρὸν ἀπεῖργε δοκόν.

Annotavit Cougny »δοκός, *telum*, s. δόκος, *laqueus*, Archilochi »est, pro quo tamen Kaibel μόρον, ubi lapis ΔΟΚΟΤ." Archilochi locum ignoro, sed novi ex Aristophanis *Ταγηνισταις* grammaticos afferre δοκόν dictum pro ἀγχιονήν, idque fortasse quod in ea fabula sermo fuit de nescio quo, qui ex trabe se suspenderit; ubi vero *telum* ita dictum sit doceri pervelim. Μόρον verum videtur. Ibidem vs. 3 sq. Mnem. 1882 p. 398 sic tentavi:

ᾧ γόν, οὐχ ὕμεναῖον, ἔδαδουχῆσατο μήτηρ
οἰκτρ[ῶ] σ[ὺ]ν γενέτη Χρυσίον, ᾧ[λ]ε[τ'] Ἄτοος.

Lapis ΩΔΕΣΑΤΟΣ. Cf. Kaibel, p. 164. Sed οἰκτρὰ servari potest.

234, 9. Πάτρων, ὅσα βροτοῖσιν ἐράσμια, πάντα τέλεσσα,
ἔφρα καὶ ἐν Ἄϊδῃ τερπνὸν ἔχοιμι τόπον.
τᾶλλα δὲ πάντα λέλοιπα, καὶ ἐν νεότητι κατέκτην
οἴχηται πλὴν ἂ πρὶν ζῶν ἀπεκαρπισάμην.

Sic edidit Kaibel, monens tantum κατέκτην suspectum et in ultimo versu fortasse πρὶν interpolatum esse. Verba obscura sunt, sed nequaquam legendum cum editore Parisiensi:

τᾶλλα δὲ πάνθ' ἂ λέλοιπα κτέ.

Per se enim apparet *οἴχεσθαι*, quae quis *λέλοιπε*, et tale quid dicere ineptum est. Hoc video, ultimo disticho, ut saepe alibi (cf. II 305, 405, 589; 3; 695, 5 sq. III 100), alludi ad notum illud Sardanapali epitaphium (II 130), in quo est:

ταῦτ' ἔχω, ὅσσ' ἔφαγον καὶ ἐφύβρισα καὶ μετ' ἐρώτων
τέρπν' ἔπαθον· τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια κείνα λέλειπται.

Modo sumere liceat *κατέκτην* dictum esse pro *κατεκτησάμην* aut latere, quod simili sensu positum sit, correxerim:

τᾶλλα δὲ πάντα λέλοιπα, καὶ [ᾶ] (i. e. *χαῖ*) ἐν νεότητι κατέκτην (?)
οἴχεται, πλὴν ᾶ ζῶν ἀπεκαρπισάμην.

Sed reliqua omnia (scil. praeter amoenum illum sepulcri locum, quem cadaveri meo destinavi; qui locus in praegressis describitur ad homine Epicuraeo) *reliqui, opesque in iuventute mihi paratae perierunt, praeter quos vivus inde fructus decerpsi*. Pro *κατέκτην* dubitabundus tentavi *κά[λ'] ἔ[σχο]ν*. — *Οἴχεται* perfectum recte a doctorum coniecturis defendit Kaibel.

236, 237 et 251 omni vitiorum genere scatent. Meliora dabit Kaibel.

241, 7. *Ναῖω δ' ἠρώων ἱερὸν δάμον, οὐδ' Ἀχέροντος·*
τοῖον γὰρ βίβου τέρμα σοφοῖσιν ἐνι.

Ἦνι, i. e. *ἐνεστι*, parum aptum et vix sanum videtur. In lapide satis recenti (sec. I p. Chr. iudice Kaibelio p. 85) vide ne sit *ΣΟΦΟΙCΙΜΕΝΙ*, i. e. *σοφοῖσι μένει*, de qua structura verbi *μένειν* cf. Thesaur. V p. 789 h. extr.

245, 7. *Τοῦτ' ἔλαχον μέγα δῶρον ὑπ' αὐτῶν Θύραϊνῶνων*
Εὐλάκιος γαμικὸς μοῦνος ἐνὶ Φθιμένοις.

Wilamowitz apud Kaibelium p. 111 sic interpretatur: »Hoc »certe boni mihi praestitere coelestes: apud inferos tantum »matrimonio paratus sum (sc. Proserpinae); i. e. in vita isto

taedio liber fui." Fortasse recte; verum ita manifeste corrigendum est *μοῦνο*N.

247 b (Add.), 5. Expleri poterit:

*Ναίω δ' οὐκ Ἀχέροντος ἐ[π' ἠέσιν] οὐδὲ κελαιὸν
Τάρταρον, ἀλλ' οἴκους εὐσεβέ[ων] ἔλαχον.*

Vs. 1 ἐφ' pro ἐπ' in lapide esse potest, saepe enim in titulis perverse ponitur aut negligitur aspiratio. Ibidem vs. 3, ubi est:

ἐκπρολιπῶν ἄλοχόν τε σαόφρονα δεσ

in promptu est supplere *δέσ[ποτιν οἴκων, i. e. οἰκοδέσποιναν.*

254, 7. *αἰρετίσας δὲ πατὴρ στοργᾷ φύσιν ἐπροτέρησεν,
σχημάτιον τύμβῳ σᾶμα λίθου θέμενος.*

Kaibel »verbi *προτερεῖν* structura nova videtur." Est saltem rarissima, sed occurrit apud Agathiam, *Histor. pag. 95 extr.*, unde notavit in *Thesauro Dindorf.*

Pharnaces Sinopensis paedotriba, ut artem suam exerceret virtutemque ostentaret, ad occidentem profectus procul a patria erat mortuus. Inde factum ut non domi sepultus sit, sed pater eius dicitur elegisse (*αἰρετίσας*) gymnasium Sinopense, ubi cenotaphium filii poneret. Vs. 5:

*Οὐ κάλπιν κρύπτει γῆ Βοσπορίς, οὐδὲ λέληθεν
γυμνάσιον κωφοῖς δάκρυσι μυρόμενον.*

i. et manifesto inanibus lacrimis (utpote ad inane sepulcrum) gymnasium perfusum est. Morem athletarum ossa in gymnasiis condendi testatur etiam titulus 262, ubi vs. 3 sq. de Dialogo athleta dicitur:

*Ἐνθάδε Διαλόγοιο σαόφρονος ὄστέα κεύθει
γυμνάς, ὃς ἀμφ' ἀρετὴν ἔπλετο καὶ σοφίην.*

255, 5. *λυγρὴν δ' οἶμον ἔβην ἐτέων κύρσασα δις [ἐπτὰ
παρθένος, ἐν δ' ἔλαχον σῆμα τόδ' ἀντὶ γάμου.*

Si ENΔE, non HΔE, lapis habet, voluit poeta, »nihil aliud praeter hoc monumentum pro nuptiis sortita sum."

255 C (Add.). Fortasse supplendum:

Ζωὸς ἐὼν τοῦτον τύμβον [ποτ'] ἔτευξεν ἑαυτῶ

et vs. 4 sq.

ἸΦρ]α τὸν αἰδίων τοῦτον ἔ[χωσι] δόμον

σὺν Ῥού[Φφ?] μεγάλιο θεράποντι.

Lapis CTNPOTBH habere traditur. Ultimam lacunam explet tam Διωνύσου quam Ποσειδῶνος nomen.

265, B. Melius Kaibel p. 54:

Ῥηνείης δέ μ' ἔδεκτο μυχὸς καὶ ἀλάμπετον οὔδας.

Ἀἶδεω [λ]α[γόνων] κρύψε μ' ὑπὸ σκοτίων,

πατρὸς μὲν Δημοσθένης, ἐτέων δύο κείκοσι μ' οὔσαν.

Sed praeterea malebam in Mnemosyne, non repetito pronomine, κρύψεN aut ἐτέων δύο κείκοσιN οὔσαν. Nunc praefero: κρύψε Δ'.

271. Longe praestant Kaibellii supplementa p. 236.

284. Alterum distichon ope eorum quae idem vir doctus de lapide refert p. 227 sq. sic explendum suspicor:

καὶ δὲ σέο κρύπ[τει κάλλος ν]έον, [ἀλλά σε Φήμη

χρηστὴν ἢ[πύσει, Λευκία, εἶν] Ἄϊδος.

Nam e lapide vs. ultimo traditur ΧΡΗCΤΗΝΗΠΤCΠ X ΙΑΙΔΟC et mulieris nomen novimus e praescriptione.

287, 4. πεντήκοντα γάμων δ' ἔτεα πλησαμένη.

Metri causa Ellis transponit π λ η σ α μ ἔ ν η δ' ἔ τ ε α .

291. Ἐνθάδε Κυμαίων κεῖμαι καλῆς ἐπὶ γαίης κτέ.

Aptius foret ὑπὸ γαίης; sed ἐπὶ ferendum. Vide v. c. A. P. VI 69,3.

295. Non intellego.

304. Καππαδόκου ἔθνος πολυανθέας οἶδατ' ἀρούρας·

κεῖθεν ἐγὼ Φυόμην ἐκ τοκέων ἀγαθῶν·

ἐξότε τοὺς λιπόμην, δύσιν ἤλυθον ἠδὲ καὶ ἠῶ·

οὐνομά μοι Γλάφυρος καὶ Φρενὸς εἶκελον ἦν.

Ἐξηκοστὸν ἔτος πανελεύθερον ἐξεβίωσα

καὶ καλὸν τὸ τύχης καὶ πικρὸν οἶδα βίου.

Iucundum est animadvertere, quantopere hoc epitaphio Glaphyrus caveat ne, cum sit natione Cappadox, pro servilis conditionis homine habeatur. Ideo vs. 2 bonis parentibus se natum profitetur et vs. 5 ἐξηκοστὸν ἔτος πανελεύθερον ἐκβιῶσαι, quod tamen ambigue dictum est. Propter ultimum autem verum fere dubites, num revera numquam servitutem servierit, itaque fieri potest ut de industria homo libertinus(?) πανελεύθερον, non πανελεύθερος, quod Camarda et Ritschl reponi iusserunt, scripsisse existimandus sit. Omnino conferendus est titulus III collectionis meae.

305, 3. εἰκοστὸν λυκάβαντα καὶ ὄγδοον οὐκέτι πλήσας

ἤρπασμαι, γαμέτη παῖδα λιπὼν Ἰόλην.

Mire οὐκέτι dixit poeta, ubi aptum foret οὐπω. Sed in lapide esse suspicor οὐκ ἐΝιπλήσας.

306. Σπενδοφόρφ τόδε σᾶμα κλυτοὶ τεύξαντο τροφῆες.

Apud Kaibelium, unde haec descripsit Cougny, vix dubito quin operarum errore sic legatur pro Σπονδοφόρφ. Similiter editor Parisinus 362, 1 a Kaibelio habet suum πο[τ' ἦ]δε pro πο[θ' ἦ]δε.

309, 3. Mnem. 1882, 390 correxi :

Ἄρτι βίον (pro βίου) περόντα κατ' εὐκλέα θέσμια δόξας

στυγνὸς ἄπαιδα δόμοις ἀμφεκάλυψ' Ἀΐδας.

310. ἀλλ' ὕπ' ὀλβίαν

σφαλεῖς μελάθρων στυγνὸν ἦλθ' ὕπ' Ἀΐδαν.

Corrigatur ἀπ' ὀλβίαν — σφαλεῖς μ., i. e. ἀποσφαλεῖς. Cf. Mnem. 1.1.

316, 13. ἦ] ῥα καλὸν [γ]έ[ρας ἔσχον, εἰ ἀψευ]δῆς λόγος ἀνδρῶν,

παῖδας [ἀποθνήσκειν, οὗ]ς Φιλέουσι θεοί.

τοῦνεκά μοι, πάτερ ἔσθλ' ἐφάνη· σ[ὺ δὲ] μηκέτι σεῖο
τειρόμενος γλυκερὴν τρῦχε χρόνῳ κραδίην.

Ita multo rectius quam Cougny haec edidit p. 54 Kaibel, nec tamen ultimum distichon persanatum est, nam neque Φάνη habet subiectum, neque χρόνῳ post μηκέτι recte habere videtur. Scribo:

τοῦνεκά μοι, πάτερ, ἔσθλ' ἐφάνη· σὺ δὲ μηκέτι σεῖο
τειρόμενος γλυκερὴν τρῦχε [π]όνῳ κραδίην.

Propterea mihi, pater, res bona contigit; tu vero afflictus dulce tuum cor maerore amplius atterere noli.

317, 1. *τερπνῆς ἄνθος ἐφηβείης*] Φίλον ὄλεσα Πρίσκον,
ἔβδομον ἠνίκ' ἔτος κακὸν ἤλυθε· κτέ.

Numquam vidi absurdius supplementum; quasi vero puer septuennis ἔφηβος dici potuerit! Recte haec et reliqua omnia constituit Kaibel p. 57.

318. Ἀττικοῦ Ἡρώδης Μαραθώνιος, οὗ τὰ δε πάντα
κεῖται τῷδε τάφῳ, πάντοθεν εὐδόκιμος.

In hoc Herodis Attici epitaphio, quod servavit Philostratus vit. Sept., II p. 73 ed. Kais., non sanus est versus prior, cuius emendatio, quam frustra tentavi, aliis mihi relinquenda est.

320, 2. ἀκμήν νεός ὦν·

non significat *aetate vigens iuvenili*, sed ἀκμήν, ut saepe apud sequire, significat ἔτι. (Mnem. 1882, 392).

321, 5 sq. Φιλοσύγαμον, i. e. *mariti amantem* et ὑπαῖδιον, i. e. *subterraneam*, Cougny vertit *amatam* et *sempiternam*.

324. Ἴσόν τοι τεκέεσσι θράσων γέρας ὥπασε τιμᾶ
Θευγένει ἀντ' ἀγαθᾶς τοῦτο διδασκαλίας.

Recte Kaibel, postquam in editione posuerat *τήνας*, in Herme a 1880, p. 463, scribendum vidit τιμ[ῶν], perapposite laudans iusiurandum Hippocrateum: ὁμνυμι ἠγήσεσθαι μὲν τὸν διδάξαντά

με τὴν τέχνην ταύτην ἴσα γενέτησιν ἐμοῖσιν. Parum diligenter Cougny TIMAI, quod traditur e lapide, ita repraesentavit, quasi editorum sit supplementum.

325. καὶ τὸ πρὶν ἐν πολέμοις τηρῶν πύργον, παροδίτα,
καὶ νῦν τηρήσω, ὡς δύναμαι, νέκυς ὦν.

Si recte traditum est ΤΗΡΩΝ, participium est imperfecti = ὅς ἐτήρουν, sed loci structura (καὶ τὸ πρὶν — καὶ νῦν) permittit, ut verum esse possit ΤΗΡ[ΟΤ]Ν, i. e. τήρουν.

333, 2. τὴν ψυχὴν μεγάλως καλὸν τ' ἔκθεες.

Absurde edidit Cougny. Rectius Kaibel ad Boeckhii mentem:

τῆ ψυχῆ με[τ]α[δδ]ς καλῶν ΤΕΧΘΕΙC.

Reliqua si bene correctata sunt, conicio: καλῶν τεχ[νῶν] σῆ.

334. Ἡρπάρχθη Μεγάρα Μάρκου· αἰεὶ δὲ προσεῖπεν
κουριδίου γαμετήν (l. γαμέτην), [σ]ῶμα Φίλον, Φθαμένην.
Ἡρπάρχθη, δαίμων δὲ πικρῆς οὐ λήθετο μοίρης,
ἄμα καὶ ἐν μεγάροις υἷα λειπόμενον
'Ροῦφον ἄφνω ἤρπαξε, δόμους δ' [ἔκδ]υσ' ἐλεεινούς· κτέ.

Non recte Φαμένη correxit Egger, pro Φθαμένη, quod sanum est. Vitii sedem esse αἰεὶ arguit labens metrum. Corrige [χ]αί-
[ρ]ει[ν] δὲ προσεῖπε, nec quidquam desiderabis. Vs. 4^{to} incredibile dictu est Cougnyum non perspexisse tam metrum quam sententiam ἀλλὰ pro ἄμα requirere; res eo mirabilior, quod haec inscriptio, teste editore, e codice Riccardiano descripta est a Riemanno et plurimis locis emendata ab Eggero. Hos autem viros doctos et sagaces facillima correctio latere vix potuit, quapropter vereor ne ipsius Cougny sive imperitiae sive imprudentiae istud ἄμα imputandum sit. Vs. 5 idem pro δηχθους (ita codex) dedit, quod sic positum Graecum non est, δόμους δ' ἔκδυσ' ἐλεεινούς, licet meliorem Eggeri correctionem δεικ-
νούς, i. e. ἀποδεικνούς, cognosceret. Sed vera lectio videtur δ' ἔχ[λ]υσ', quod verbum apud seriores est transitivum.

342. Σῆμα τὸδ' ἦρωος [δ]πατὴρ παρὰ ταῖσδε πύλαισιν

Πυθικὸς Ἴδρυσεν παιδὸς ἐπὶ Φθιμένου.

„Πατὴρ” ait Kaibel p. 193 „eadem mensura in Archiae epigrammate A. P. VII 140 πατὴρ μὲν Πρίαμος, γὰρ δ' Ἴλιον, οὖνομα δ' Ἐκτωρ.” At illo quidem exemplo, me iudice, minime defenditur huius loci scriptura, quandoquidem illic brevis syllaba primi pedis arsi Homeri ad exemplum (cf. supra ad II 51, 6) producitur, hic contra lecta in thesi produci omnino nequit. Quin igitur recte articulus suppletus sit, punctum temporis non dubito.

346, 3. Αἰεὶ δὲ μνήμη σε φυλάξομεν ὡς παρεόντα

εἶνεκ' ἐνηείας εἶνεκά τ' ἀγλαΐης.

Sic in Mnemosyne 1882, 392, nulla mutata littera, transscripsi lapidis scripturam ΕΙΝΕΚΕΝΗΕΙΑΣ, i. e. *propter mitem et benignum ingenium sive propter benevolentiam* Cf. Hom. P, 670 :

νῦν τις ἐνηεΐης Πατροκλείος δειλοῖο

μνησάσθω· πᾶσιν γὰρ ἐπίστατο μείλιχος εἶναι κτέ.

Vid. et 348, 3. Melius sane poeta Ionice scripsisset ἐνηείης, ut ἀγλαΐης, sed eiusmodi scribendi inaequalites apud seros istos versifices est perfrequens. Mirum est in hoc loco viros ingeniosissimos Kaibelium et Wilamowitzium coecutire potuisse, corrigentes scilicet εἶνεκεν ἠθείας, quod sit nove fictum ab ἠθεῖος, quo sane minus ineptum est, quod Cougny excogitavit ἰθείας, cl. Hesychii glossa ἰθεία· δικαιούσῃ.

350, 5. Π . . . δ' ἀλλά, πάτερ, θρήνων, Φίλε, παύεο.

Kaibel πυκνῶν supplet incerta coniectura, nam eodem iure πικρῶν suppleveris. Vs. 7 recte idem edidit τῆς ἐπ' ἐμοὶ λύπης, non monito lectore se quidquam mutasse, quare vide ne ineptum EN editoris debeamus incuriae. Eidem obsequi debuit 351 b divisim scribenti σὺν ἠρώων, de qua Byzantina praepositionis iunctura vid. Dindorf in Steph. Thesouro s. v. Similiter praepositiones διὰ et πρό interdum cum dativis iungebantur, cuius rei exempla dedi Mn. X n. s. p. 390.

347, 5. Ματέρι πένθος ἔφυς, λύπα πατρί· οἶα δὲ δένδρου
κλῶν νῦν ἐκλάσθης ἔνδρομος εἰς Ἀΐδαν.

Lapis ΕΔΡΟΜΟΣ, unde Kaibel dedit ἔκτομος, quod mihi post ἐκλάσθης displicet. Conieci: ἔ[κ]δρομος, ut intellegatur *ramus laetius procreescens*, quem hortulanus amputat; Boeckhianum ἔνδρομος non intellego.

353, 6. ἐν Μινυαῖς Φῶτας ἐπαθλοκομεῖς. Agonothetam in Charitesiis hominem fuisse putat Kaibel. Equidem collatis ἰπποκομεῖν, παιδοκομεῖν similibusque existimo humiliorem fuisse Philocratis conditionem et exercendis athletic vacasse, paedotribae munere functum, quod etiam magis convenit homini peregrino.

354, 1 sq. Non intellego.

356, 1. Εἶσεν ἀνὴρ πιτυτὸς Μῆσις κτέ.

E lapide Kaibel dedit Μεῖσις, sub qua scriptura latere suspicor Μεῖ[ξ]ίς, quod nomen in titulo pervetusto Corcyraeo exstat apud Caerum p. 33 (= Anth. app. II, 2). Cognatum est Μεξίας in bonae aetatis titulo I. A. II 525.

360, 7.

ἡῖθεος δὲ

ᾤχετ' ἔχων οὐδὲν πλὴν δάκρυον πρὸ τάφου.

Procul dubio ἡῖθεος, i. e. *adolescens*, pertinet ad filium commemoratum vs. 6, non hercle ad *lactentem puerum* (3 sq.), quo refert Cougny, vertens *puerulus*. Male idem distinxit vs. 2 post κατέθου. Cf. Kaibel, p. 262.

364 b, 2.

Φθέγξομ' ἀριφραδέως·

ἡιθέοις γὰρ ἔδωκε θεὸς μετὰ μοῖραν δλέθρου

ὧς ζῶουσι λαλεῖν πᾶσιν ἐπιχθονίοις.

Titulum valde depravatam a multis tractatum esse dicit Cougny, sed nominat praeter primum editorem Conzium solum Kaibelium

(n^o 325), quem miror non haesisse in *ἡϊθέοις*, quod sine controversia insanum est, quia, ut ipse ait poeta, *ομπνibus hominibus* dedit loqui post obitum, itaque non solis adolescentibus, quod etiam per se spectatum ratione caret. Leni manu correxerim:

ἡθείοις γὰρ ἔδωκε θεὸς κτέ.

i. e. amicis suis, qui dativus suspensus est a verbo *λαλεῖν*, dum *παῶσιν ἐπιχθονίοις* pendet ab *ἔδωκεν*.

372 c, 3 (Add.). Ὅσον ζῆς φαίνου· μηδὲν ὄλωσ
σὺ λυποῦ· πρὸς ὀλίγον ἔστι τὸ
ζῆν· τὸ τέλος δ' χρόνος ἀπαιτεῖ.

Coungny, qua est rei metricae peritia, haec verba habet pro anapaestis! Nullam equidem numerorum speciem agnosco.

379 b, (Add.) ἐπτά που ἐξ ἐτέων δεκάδας καὶ βαιὸν ἐπόντι
εὐρήσεις ἀριθμέων μῆκος ἐμῆς βιοτῆς,
Βάκχου κυδίστοιο νεωκόρον· ἐν δὲ πόλειος
ἀρχὰς εὐθύνης ἐκτὸς ἐμῆς ἐθέμην, κτέ.

Vs. 1 metri causa poetaster pro *ἐτέων δεκάδας* satis prave dixit *ἐξ ἐτέων δεκάδας*, sed vs. 3tio non dubito quin dederit *νεωκόρο[υ]*, qui genetivus pendit ab *ἐμῆς βιοτῆς*. Verba sequentia, quae absurde vertit Coungny, haud expedio. Hoc tantum video sermonem esse debere de magno defuncti in civitatem beneficio. Id enim demonstrant vss. 5 sq.

392. Κρί[σπιον εἰκοσέ[τη] χρυσ[έης θεοῦ ὄντα πολίταν
Κυ]προγενῆ, το[κ]έων βιά[κτρον
ἐκλα]σε συνθραύσας δαίμων βαρύς, κτέ.

Vs. 2 non male sic expleveris: *τοκέων βιά[κτρον ὅς ἦν πολιῶν*.

392, 5. τοῦτο λαχὼν Ἄδμητος ὅσον πινυτήτι καὶ αἰδοῖ
μοῖραν ἀνέπλησεν ῥιγεδανοῦ βιδίου.

Mnem. 1882, p. 389 scribebam: Cur vita Admeti, viri optimi et nobilissimi, cuius ploratur acerba mors, vocetur *ρίγεδανός*, non apparet. Suspicio igitur poetam, usum forma communi, dedisse *μοῖραν*—*ρίγεδανόν*.

395. Τὰ[ν] *μεγάλαυχον* δ[ρ]ᾶ[ς] . . . οὔνο[μ'] *ἀνέγγως*,
ἄς κλέος ἐν Κρήτᾳ *μίμνεται* ἀθάνατον.

Prior versus sic potest expleri:

Τὰν *μεγάλαυχον* ὄρᾶς [ξένε, τάνδ', ἄς] οὔνομ' *ἀνέγγως*.

In posteriore vix sanum videtur *μίμνεται*, dictum pro *μίμνει*. Expectabam *λείπεται*, sed fortasse lenius corrigere licet *[γ]ί[γ]νεται*.

400, 2. Metrum postulat *ἐξήρπασ[σ]ε*.

401, 13. *τίς δὲ κόρας ἀδάκρυτος, ὅταν Φρενὶ πότμον ANEXOΙ;* »Restituimus" ait Cougny »*ἀνέσχοι*, quod satis intellegi potest." Ambigo, utrum ineptius sit ipsum verbum an optativi forma augmentata. Quid lateat non exputo; parum enim placet quod dubitabundus proposuit Kaibel *ἀκούοι*. Ceterum optativus pro coniunctivo Byzantini est sermonis.

404. Μνή]μης ἕκατι τήνδε ὁ Ἀλέξανδρος σορὸν κτέ.

Ita Kaibel quoque. Aperte tamen articulus delendus est.

405, 5. Cf., si tanti est, quae scripsi Mnem. 1882, p. 398.

410, 3. *μύρονται δ' ἀδελφοὶ Μηνᾶς καὶ Δάψιλος ἄμφω*.

Facili negotio miser versifex vitium metricum evitasset scribendo *μύρονται δὲ κάσεις κτέ*. Iure autem Kaibel repudiavit Heckeri coniecturam. Vs 5 *καθ' ὄραν*, quod absurde vertit Cougny *pro aetate*, significat *omni hora*, i. e. *semper*, ut *καθ' ἡμέραν* est *quotidie*, *κατ' ἔτος* *quotannis*, cett. Idem 410 β, 5 *κατὰ μοῖραν*, i. e. *fati decreto*, sine sensu idoneo vertit: *ut par est*.

420, 2. *νήσον* pro *νήσους μακάρων perrarum* est. Cf. 255 b (add.). Alibi est pluralis, ut 461, 2; 486, 9, alias, ut semper apud antiquos. Nam apud Pindarum O. II 78 *νάσος* = *νάσους* videtur verior lectio, ut etiam Herod. III, 26, ubi similis est in libris varietas. Vs. 4, quem male vertit Cougny, *ἐπ'—νέμων* tmesin facere manifestum est.

421. Hoc epitaphium lapidarii errore turbatum esse suspicor, cui, ni fallor, ab auctore datum fuit hoc exemplar:

- 1 Ἐνθάδε κείμει (sc. κείμε!) δάμαρ ὑπάτου ἥρωος ἀγαυοῦ,
- 2 Ἀρρίου μοι Φιλίου, τῷ δὲ γαμεῖσα μόνῳ,
- 5 Χηρεῖα τ' αὐτῇ τὸν ἅπαντα χρόνον μείνασα,
- 6 κώκυμόρων τεκέων πένθει τακομένη.
- 3 Ἦν δ' ἐκ μὲν προγόνων ποτὲ τοῦνομα Πουβλιανῆ μου,
- 4 Σικιπιάδαι δ' ἔπελον, εὐγενίῃ δ' ἔπρεπον·
- 7 Ἐν βίῳ δὲ πόνον πουλύν γ' ἀνέτλην μογέουσα,
- 8 Μούσαισιν μοῦνον τὴν Φρένα θελγομένη.

Transposui tertium distichon ante secundum, correxique vs. 3 et 7 male sanas scripturas ἦν δὲ κεν ἐκ (hanc cum Piccolo) et δ' ἀνέτλην. — Vid. Kaibel, p. 274.

429. Ἐστάτιον Γενέτειρα Φίλου μεμνημένη ἀνδρὸς
δεικνύω ἀλόχοις ἤθεα σωφροσύνης.

Lege Ἐστατίου, quod nomen proprium esse videtur, ut Πρωτος.

445, 5. Τοῖος δ' ἦν γεγονώς, οἶός ποτ' ἔφυσεν Ἴακχος,
ἢ θρασὺς Αἰακίδης ἢ καλὸς Ἐνδυμίων.

Notandum ἔφυσεν pessime dictum pro ἔφυ; frustra saltem Ellis οἶος coniecisse videtur, siquidem constat de pulchritudine Iacchi Endymionis et Achillis, nihil vero novimus de forma horum prolis, ut taceam Endymionis tantum filias commemorari in fabulis. Si quid mutandum, longe melius cum Jacobsio corrigemus οἶος ποτε, Φασίν, Ἴακχος, quod fere nescio an verum sit. Vol-

gatae quidem lectioni non praestat quod ratione inversa ἔΦυ pro ἔΦυσε legitur 545:

Μείνον, ἄκουσον ἐμοῦ, [παρ]οδοίπορε, τίς ποτ' ἔΦυ με·

Παρδάλας μ' ἔσπειρε πάτηρ, κτέ.

Sed ibi verum esse potest:

ἄκουσον, ἔμ', [ὦ παρ]οδοίπορε, τίς ποτ' ἔΦυσε·

nisi forte sufficit, servato ἐμοῦ, corrigere ἔΦυσε.

446. Τίς πατρίς ἐστὶ σοι; Νέπως ὄνομ' ἐστὶ σοι; B. ἔστιν.

πατρὸς Ἀβασκάντου δωδεκέτης γενόμεαν·

A. Τί στέφος ἐν τύμβοις; B. νικηφόρον· οὐκ ἄδαῆς γὰρ

παγκρατίων γενόμεν οὐδὲ πάλης ἱερᾶς.

Primus versus quin male descriptus foedeque corruptus sit, dubitari nequit. Nam et numeri corruunt et absurde quaeritur, quae sit defuncti patria, nulla adiecta responsione. Permire etiam quaeritur »Neposne nomen tibi est? Est,» ubi iure expectatur »Quid tibi nomen est? Nepos.» Conieci:

Τίς πατρὸς τίνος ἐσσί; B. Νέπως ὄνομ' ἐστὶ μοι, ἔστιν

πατρὸς Ἀβασκάντου, δωδεκέτης γενόμεαν.

vel potius εἰ μὶ

πατρὸς Ἀβασκάντου κτέ.

Roganti hospiti quis et quo patre natus sit, mortuus recte et ordine respondet, Nepotem sibi, Abascantum patri nomen esse. Τίς τίνος ἐσσί; frequens est formula, cf. I 169 β, 3. II 470, 4. 588, 1. 678, 4. Ad colloquium hospitem inter et defunctum cf. II 339. 443. 450. 492. 588, al.

447 b (Add.). Ἦλθεν ἀπὸ ξείνης Κλεοφῶν χθονός, ἦλθε δ' ΕΠΙΑΙΔΟΣ,

οἷς Μοῖρα προφάνη σχέτλιος ἠδ' ἀλόχ[ου].

Εἶδε γὰρ οὐς ἐπόθησε καὶ δρφναίην ἀνὰ νύκτα

τοὺς τρισσοὺς νέκυας σταθμὸς ἔραζε δόμου.

Nihil hic more suo vidit Cougny, qui vs. 1 coniciens Ἐπαινος vss. 3 sq. sic vertit »Vidit enim quos amaverat et atra in nocte

mortuos *statio subterranea* (!) domus." Satis tamen lucis his tenebris affundit sequens de eodem argumento epigramma hocce:

Τίδς ἐγὼ Κάλλιππος ἀνιηροῦ Κλεοφῶντος,
ἐνθάδε καὶ μήτηρ κεῖται Ἀριστόπολις;
οὐ κοινῇ (volgari) μοίρη δεδμημένοι, ἀλλὰ πεσόντος
τρεῖς ἄμα λυγαίου κεκλιμένοι θαλάμου.

Unde disertis verbis docemur Cleophontis (non Epæni!) uxorem Aristopolin cum duobus liberis, quorum alteri Callippus nomen, thalami ruina nocturna misere periisse, idque, ut prius monstrat epigramma, cum pater peregre abesset. Hinc corrigo:

Ἦλθεν ἀπὸ ξείνης Κλεοφῶν χθονός, ἦλθε δὲ παῖδας,
οἷς Μοῖρα προφάνη σχέτλιος ἠδ' ἀλόχ[ω].
Εἶλε γὰρ οὓς ἐπόθησε καὶ ὄρφναίην ἀνὰ νύκτα
τοὺς τρισσοὺς νέκυας σταθμὸς ἔραζε δόμου.

Dure quidem dictum est εἶλε—ἔραζε, ubi expectes potius βῆψε, vel κλίνε (cf. vs. 4 alterius tituli), quod tamen non inspecto lapide conicere vix audeo. Νέκυας est accusativus effectus. Vide tamen an, servato εἶδε, alterum distichon sic liceat interpretari: *Vidit enim domi statio (= domus) quos (Cleophon) desideravit ternos (= tres) obscura nocte humi (iacentes) cadavera.* In recentissimo enim pessimoque poeta ἔραζε pro χάμαι positum offensione carere videtur. Iudicent de his quidem alii; sed de sententia saltem nulla potest esse dubitatio.

450. Hoc epitaphium tali finitur inter mortuum et viatorem colloquio:

Κούφα κόνις τοι. Β. Τὴν δέ, ὀδῖτ', ὁ λείως πέλοι.

Non sanum videtur ΟΛΕΩC, non enim κοῦφος pro πᾶος ponitur, ut taceam permirum esse votum. Expectatur:

Τὴν δ', ὀδῖτ', ὀδῶς πέλοι.

In ὀδῖτ' ante spiritum asperum posito non haerendum esse noverunt epigraphices periti.

In praegressis non expedio haec (3);

Ἐντί τευ δόμοις

Παῖς; — ὄν τύχη γε τερπνόν ἐς βίου τέλος
γέρας ποδαγέτησα.

Sed intellegam: γέρ[ων] ποδαγέτησα.

454, 3. πόσων δὲ θνήσκεις τῶν ἐτῶν. Β. δις εἴκοσιν.

Imo vero ὄν ἐτῶν (quod iam correxi Mnem. 1882, 392), ut est v. c. 504, 2

ἀρτίγαμος κούρη εἴκοσιν οὖσ' ἐτέων.

453, 4. τὴν δ' ἄρ' ἐμὴν νεότητα πατὴρ Παιδέρως ἐνέγραψας.

Imperite Cougny »Παιδερως (sic) per syncopen spondaeus est." Diphthongus AI, pronuntiata ut E a sequioribus istis, haud ita raro corripitur itaque nomen habet anapaesti mensuram. Cf. 293 ἐπίκειμαι (absurde Cougny τήνδ' ἐπίκειμαι κόνιν vertit hocce super iaceo pro iaceo sub hoc pulvere Cf. 715, 6), 438, 3 πλῆσαι (ubi Rhunkenius temere πλῆσα), alia multa. — Vs. 3 idem editor praeclare rem gerere sibi visus est pro τὴν ἔγγονον »reposito per assimilationem et crasin τήγγονον (sic!) vocabulo." Vitia metrica in deterrimo epitaphio ipsius auctoris quin sint dubitare noli.

465, 2. Πάντες γὰρ μ' ἐπόθουν, ἤμην γὰρ πᾶσι προσηγής,
καὶ στεφάνους ἐφόρουν, πολλοῖς δὲ μύροισιν ἐχρώμην,
καὶ μετὰ δορκὸν ἐκοιμώμην κλισμῶ ἐνὶ καλῶ,
ἐνδεδύμην δὲ τό σῶ[μ' ἐν ἀθύρμα]σι χρώμασι θείοις
κάλλους ἔχουσα τύποισι, ταφῆς ἔτυχον μετὰ τοῦτο,
καὶ ζῶ κούκ ἔθανον τοῖον ἔχουσα τάφον.

Ita supplevit scilicet Cougny, cui Welckeri supplementum σῶμ' ἐν ἐσθήμασι barbarum videtur, addens conici etiam posse ἐν χάρμασι vel ἐν παίγμασι. Omnia me iudice aequae inepte et deterius quam quem carpit criticus Germanus. Certum sane meretricii huius epitaphii supplementum nemo facile reperiet, sed apte saltem conici potest:

ἐνδεδύμην δὲ τὸ σῶ[μ' ἐρικυδέ]σι χρώμασι, θείοις
κάλλος ἔχουσα τύποισι. ΤαΦῆς ἔτυχον μετὰ τοῦτο κτέ.

470. Τίς σε, γύναι, Παρίην ὑπὸ βῶλακα θήκατο; τίς σοι
ξυὸν ὑπὲρ τύμβου σᾶμα τὸδ' ἀγλάϊσεν;

B. Συγγαμέτας Αὔλος Βαβύλλιος ἔρσε μελίξας
στοργὰν ἀέναον. — A. Τίς τίνος, εἶπε, πάτρας; κτέ.

Verba absurda suaviter vertit, quem nil terret, Cougny »nexit
modulatus amorem perpetuum." Apage ineptias! Seri carminis
auctor dederat procul dubio:

Συγγαμέτας Αὔλος Βαβύλλιος εἶσέ με, δίξας
στοργὰν ἀέναον. κτέ.

Nempe δίξας itacismo posuit pro δειξας.

472, 2. Οὐκ ἤρκει τὰ πά[λαι] γενέταις κακὰ πάσχον ἐπ' [ἄλλοις,
οὐδ' ὅσα νήπιος ὦ[ν] ἔπαθον νοῦσ[ων] κακότησι
γαίη ἐν ἀλλοδάπ[η], ὅσα δ' ἐν πελάγε[σσι] μακροῖσιν·
ἀλλ' ὅτε βαιδ[ν] ἐπ' οὔδας ἔβη[ν] γαίης ἐρατει[νῆς,
ἠρπάσθην ὁ [πρό]μοιρος· κτέ.

Sumsit haec editor a Kaibelio (pag. 285), qui dicit lapidem
editum a Michaeli frustra ab amicis suis Romae quaesitum esse.
Doleo, quia primus horum versuum vix recte descriptus vide-
tur. Ambigo enim sitne corrigendum γενέταις, hac sententia:
non sufficiebant quae (τὰ = ἃ) olim genitores mala experti sunt
circa alios (liberos) vel aliis in (rebus), an potius οὐκ ἤρκει τὰ
(articulus) πάλαι γενέταις κακὰ, ἃ πάσχον ἐπ' ἄλλοις, quod for-
tasse praeferendum. Hoc enim minus correcte (cf. ad 450) in
lapide scribi potuit KAKA (i. e. κάκ' ἃ), aut KAKAA, quia ti-
tuli saepe etiam in poesi elisionem significare neglegunt. Ante
vs. 1 traduntur hae litterae:

ΠΡΑ

ΜΗΤΡΟCΔΕ ,

unde Mnem. 1882, 393 feci:

Πρα[ξαγόρου μὲν πατρὸς ἔφυν,] μητρὸς δὲ . . .

476, 3. Nota numeralis facit syllabam, ut 668, 1, alibi.

482. Ἀπατρίη γάθοντα κατέσχε με Ἰλιάς αἶα, κτέ.

Ut ignotum vocabulum ἀπατρίη notavit Boeckh, sed magis suspectum habeo γάθοντα pro γαθέοντα dictum et valde miror dici defunctum exilio, gravissimo veteribus malo, gavisum esse. Lubens correxerim:

Ἀπατρίην ἤδε θανόντα κτέ. Cf. ad 342.

486, 14. Ἰφρα κε κυδαίνωνται ὑπ' ἀντιθέοις γεράεσσιν

πᾶσιν ἐν αἰώνεσσιν ὑπ' εὐσεβήσιν ἑταίρων.

Sententia et Graecitas in priore verso pro ὑπ' postulant ἐπ', ut gloriantur honoribus.

497, 8. Ὅστις δ' ἂν τολμᾷ θέσθαι νέκυν εἰς ἐμὲ νηδύν, κτέ.

Pro εἰς ἐμὴν νηδύν (cf. 499, 2) sic dici posse quis credat, nec potest νηδύν facere appositionem pronominis. Vix aliud scriptum fuit quam εἰς μεο νηδύν. Aliter locum tentabam Mnem. 1882, 399.

498, 3. Ψυχὴ δ' ἐς τὸ δίκαιον ἔβη. κτέ. Mire dictum pro ἐς

τὸν τῶν εὐσεβέων χῶρον vel pro ad iustitiae sedem, i. e. coelum.

499, 6 sqq. Ἦν γὰρ θίγη τις εἰς ἄνοιξιν τὴν ἐμήν,

μήτ' ἐλπίδων ὄναιτο, μὴ τέκνων σπορᾶς,

ἀλλ' ἐγγένους (sic Kaibel quoque) ὄλοιτο πάνρει-

[ζον γένος.

Depravatum est ΕΓΓΕΝΟΤΣ, pro quo Mnemos. 1882, 299

proposui ἐντελαῶς, sed fortasse sufficit ἐγγεν[ῶν].

501, 1. Τρεῖς δεκάδας ζήσασα ἐτέων σὺν πέντε

Πάρδαλις ἦλθα θοῶς εἰς Ἄϊδαο δόμον.

Cum nec mensium nec dierum significationem a fine prioris vs. deesse horum vocabularum mensurae doceant, sequitur ut creda-

mus mulierem, 35 annos natam obüsse, itaque aut πέντ' ἐ[τέεσσιν] aut πέντε [μονάσσιν] supplendum esse. Sic v. c. 704 b (Add.),
4 ὃς Φέρεν ἕξ μονάδας, τρεῖς δ' ἐτέων δεκάδας.

522. Ἄγνη μὲν μήτηρ μ' ἔλοχεύσατο, παῖς ἔτι κεδνή,
πρώτας ᾠδῖνας ῥηξαμένα λαγόνων.

Hagna nomen est proprium (cf. Horat. Sat. I, 3, 40), nisi fallor, cui cognatum est Ἄγνης, quod legitur II 49, 3. *Casta* vertit Cougny. Nec κεδνή ad mores (*proba* vertit idem) sed ad formam et iuventutem spectare h. l. videtur. Non enim innuit hercle filius matrem suam postea *incestam* et *improbam* factam esse, ut arbitrator.

525. Nullam habet metri speciem et sensu cassum est hoc epigramma.

526, 3. αὐχῶ non est *glorior*, sed, ut docet necessitudo cum praegressis, αἰο, quae verbi vis vel apud veteres satis usitata est.

528. Nota abusum praepositionis παρά in verbis κείμει παρά τύμβῳ et πατρὶς ἢ παράκειμαι.

534. Σαλούιος (I. Σάλουιος) Ἀριστείδης λιθοδαίδαλος ἔνθα τέτευκται
ἐκτὸς ἐὼν δακρύων καὶ λυποτόκων ὀδυνάων.

καὶ γὰρ ἐν εὐφρασίαις καὶ αὐλῶν ἠδέσι Φωναῖς

δωμηθεὶς ἀνέλαμψε βροτοῖς λιθοκαλλέα μορφήν.

»In tumulo» annotat Cougny »erecta fuerat statua» ut docent vss. 1 et 4." Imo docent vss. 3 et 4 non de statua cogitandum esse, sed de anaglypho, in quo mortui imago in convivio reclinantis efficta fuerit. Mire tamen dictum est δωμηθεὶς, quod suspicione non caret. Haud inepte conieceris [κοι]μηθεὶς κτέ.

539, 5. ὦ γονεές, τί μάτην κενεῶ προσψύχετε τύμβῳ;

Non tantum προσψύχετε, pro quo apte Jacobs προστήκετε proposuit, sed etiam κενεῶ post μάτην mihi suspectum est, quia non agitur hic de cenotaphio, ut taceam eadem voce poetam usum esse in vs. praegresso (μύρονται κενεαῖς ἐλπίσι τειρόμενοι). Nihil quidem mutare audeo, sed dubium non est quin apertius legeretur:

³Ω γονέες, τί μάτην κ[ωΦ]ῶ προσ[τήκ]ετε τύμβω;

Cf. 311, 8: et loci plurimi in Anthologiae Pal. I. VII.

545, 1. Cougny tanquam e Kaibeli coniectura metri causa supplevit [παρ]οδοίπορε, sed Germani critici sententiam male intellexit. Hic enim in tanta horum versuum barbarie nil novandum esse recte iudicavit. Servandi igitur barbarismi ἤλπιστα (Cougny contra metrum ἤλπισα) et χάριταν vss. 5 et 6.

547. Γάιος εἰμ Ἀρτῆ ἀλόχῳ τόδε σῆμα θανούσῃ
θῆκε Λυκείανη μνημοσύνης ἕνεκεν.

Nihil mali suspicatus Cougny vertit »Gaius fataliter uxori hoc monumentum posuit mortuae.» Fac εἰμαρτῆ esse fataliter et iungi posse, quod verborum ordo vetat, cum θανούσῃ, vel sic inepte ita diceretur, quia fataliter omnes homines moriuntur; sed etiam peius Gaius uxori suae monumentum fataliter posuisse dicitur. Sapere aude et redde postulo:

Γάιος εἰμ Ερτῆ (i. e. ἰμερτῆ) ἀλόχῳ κτέ.

559. Hunc titulum si recte intellego, Maeandriae, maritum suum peregrinas in terras comitanti, aut itineris aerumna aut coeli mutatio pernicioza fuerat.

564. Recte Kaibel pag. 155 tria distinxit epigrammata docuitque in ultimo versu τιμήεις non esse nomen proprium, sed epitheton. Cui optime monenti Cougny non obtemperans ineptire maluit. Similiter nihil cogitans 570 b ταῖς αὐταῖς, quod

depravatum esse pariter metrum et sententia arguunt, vertere non erubuit. Cf. Kaibel, pag. 149.

·569, 3.

γῆρα λέγεις δὲ

ἐλπιδος οὐκ ἦλθον πρὸς πολὺν πλόκαμον.

Dicere videtur versifex »Non perveni ad canos capillos, quos expectare licet iis qui senectutem attingent.» Nisi forte voluit »ut senes (parentes) speraverant.» Verba obscurissima.

581, 3. Πάπιας Πασικράτους· κάθηνε δ' — — —

Supplet Kaibel δ' [ἐν πολέμῳ]. Supplementum est admodum incertum. Nam aequo certe iure possis εἰκοσέτης supplere, ut est v. c. 583, 5 ζῶας ἐστερόμαν εἰνεακαιδεκέτις, aut 592, 4 εἰκοσέτην δὲ Φάους ἐτελέσαντι δρόμον. Est enim vs. 1 ἐνθάδε γῆ κατέχει νέον ἀνέρα.

583, 4. Mnem. 1882 p. 389 emendavi:

τέκνον δ' ἀρτᾶγάλακτον Ἰάσονα ματρὶ λιπούσα κτέ.

pro ἀρτῆγάλακτον. Cf. ἀγάλακτος. Novum est vocabulum.

585, 1—4. Sic Kaibel in Herme 1880, p. 463:

Πραθήβην] μ' αἰζήνδ ἀμείλικτο[ς κ]τάνε μοίρη.

ἄρτι κλυτῶν Παφίης ἀψάμεν[σ]ν θαλάμων·

π]ένθεσι δ' οὐχ ὄσοισι [δ]υσέ[λπιδα δόξαν ἔπαυσε

τῶν γονέ]ων λ(ε)ίψειν παῖδ' ἔ[τε]ρον μελάθροισι.

cl. Hesiod. Opp. 378, melius quam olim in Collectione p. 133.

Locum de more pessime tractavit Cougny.

589. In versibus pessimis, partim ametris et valde recentibus imprimis notandum θρῆνος bis neutro genere usurpatum, vs. 6 et 13, cuius usus nullum aliud novi exemplum.

590. Mnem. 1882, p. 391 conieci:

Παῖδες μὲν πατρὶ ταῦτ', ἄλοχος γαμέτη δὲ ἔτευξεν
 ἀντὶ Φιλοφροσύνης Τελεσφόρῳ Ἀλεξάνδρῳ·
 Χρήσιμος Ὀνομάτ[ιδ]ν [τ'] Ἀλεξάνδρεια δὲ μήτηρ
 σῆμά τε καὶ βωμὸν τεῦξαν ἀποφθιμένῳ.

De sororis nomine, quod restitui pro ὀνόμασιν, cf. PARRÉ,
Gr. Eig. Ὀνόμασιν parum probabiliter Kaibel p. 140 explicat
nomine fratrum.

602. καὶ ζῶσαι πλούτου πατρικοῦ μέρος εἶχον· ὁμοίως
 τὴν αὐτῶν Φιλίαν καὶ χρήματα ταῦτ' ἐνόμιζον.

Kaibel pag. 27 distinguens post ὁμοίως et scribens ταῦτ' pro
 ταῦτ' interpretatur »et amicitiam communem et divitias com-
 munes putabant." At nec verbis obscuris hic sensus inesse vi-
 detur, nec satis intellego, quid sit *amicitiam communem putare*.
 Vide ne praestet servato ταῦτ' distinguere post Φιλίαν, ut ma-
 lus poeta voluerit: mulieres, quarum hoc epitaphium est, *dum*
viverent, suam amicitiam perinde habuisse ac patrimonii partem,
eamque (amicitiam) opes existimasse. Vs. 3 recte idem dedit
 τέκνων ἐπιδοῦσά [τε] παιδας. In lapide non esse videtur, quod
 dedit Cougny, δ' post τέκνων.

605, 6 οἶμοι

παιδῶν νηπ[ιάχων, π]όσιος θυμαρέος ἐ[σθλοῦ],
 ἢ δὲ νέας ὄρης καὶ Φ[ιλίου βιότου].

Postremum vs. ipse explevi. Passim apud seriores poetas Φίλιος
 nihil differt a Φίλος.

613, 13. Ἀλλά, Νόμοι, γοάειτε Δίκης ἀπάνευθεν ἔόντες·

τίς δὲ Δίκην παράκοιτιν ὁμοῦ καθαρὰν τε φυλάξει;

Corrige γοάοιτε et φυλάξει. Peius etiam depravatus est vs. 5:

τῷ δὲ παρεζομένη λαῶσι (sic) δικάζει τάληθῃ,

i. e. secundum Cougnyum »Cui adsidens *lapidibus* iudicavit se-
 cundum veritatem." Tu vero repone λα[στ]σι.

621. Nonnulla in hoc carmine rectius constituit Kaibel, at vel sic tamen sunt quae obscura restent et fortasse corrupta, velut primi versus:

**Ολβιον ἐνθέμενος βιότον καρποῖς ἐπέχαιρον
βῶλον ἐπιψήχων πυροφόροις βοτάναις.*

ubi intellegerem βῶλον—πυροφόρον, sed quo pacto reliqua aut explicem aut corrigam non reperio. Dicere homo videtur, se in agro colendo vitam felicem transegisse. — Vs. 10 sq.

*καὶ θρήνοις κλαύσασα πολὺν χρόνον [οὐ λάβεν ἄλλον,
ἤρεμίην κοίτης ἐς τέλος ἀραμένη.*

Quod sententiae unice conveniebat ἔρημίην cum numerorum ratio excluderet, versifex pro eo posuit ἤρεμίην, sive utramque vocem confundens, sive nescio qua metathesi hoc pro illo usurpari posse existimans.

622, 1. Suspecta est forma Εὐτυχέους pro Εὐτυχέος, quam retinuit etiam Kaibel pag. 162 sq. Corruptissimum esse apographum dicit idem, et desperanda videtur emendatio.

625, 1 τὸ ζῆν ὁ ζήσας καὶ θανὼν ζῆ ΤΟΝ Φίλοις.

Quod reposuit Kaibel ζῶν, non satis intellego. Malim τοῖς. Sententia esse videtur: *is qui per vitam vivit amicis etiam mortuus iis vivit.* Vs. 4 Εὐσταθής nomen proprium esse recte idem intellexit. De duplici nomine cf. 713, 1.

632, 5 pessime dictum est:

ᾧ παστὸν οὐθεῖς, οὐχ ὑμέναιον ἤσε τις.

Non enim ab ἄδειν pendere potest παστὸν. Emendandum suspicor:

ᾧ παστὸν οὐ [στρῶ]σ', οὐχ ὑμέναιον ἤσε τις.

633, 4. Receptam oportuit certam Kaibeli correctionem τευξόμενος pro τευξάμενος, quo non minus quam sententia laeditur etymologia.

634, 1. Οἱ δισσοὶ συνόμαιμοι, ἰὼ ξένε, τῷδ' ὑπὸ τύμβῳ
ἄψαυστοὶ τέκνων κείμεθα κουριδίων.

Pro τέκνων corrigendum arbitror [λ]ε[χέ]ων. Nam neque ἄψαυστοὶ
τέκνων neque τέκνων κουριδίων probe dictum videtur.

635, 4 Kaibel e lapide dedit ἐς αἴθερον εἵκελος, sed formam
heterocliton αἴθερον ignoro, novi αἴθεραν, quales accusativi
formae Macedonicae et Alexandrinae aetate Byzantina saepe
occurrunt. Sic χάριταν habemus supra 545, alibi λιμέναν, πα-
τέραν, νεοτήταν, alia. Cf. Mnem. 1882, 391 et Polak Mnem.
1887, p. 256 sq.

Ad verba τριπόδεσσι—τραπέζαις cf. v. c. Aristoph. fr. II 1160, 5
(Mein.) καὶ πόθεν ἐγὼ τρίπουν τράπεζαν λήψομαι;

636, 11 sq. κοῖτον χερσὶν ἐμαῖς κομιεῖν
δώκαν τιμήεντα.

Soloeca scriptura pro κομίζεῖν vel κομίσαι fortasse non tribuenda
poetae, qui nescio an dederit κομ[έ]ειν. Etiam certius videtur,
ibidem vs. 3 scribendum esse:

ἄρτι δέ τοι, πανάωρε, χοῶς χεῖουσα (= σ') ἀπόδημον
νυμφίον ἐν πελάγους εἶδον ἐπερχόμενον

pro ametro χεῖουσαι, quia manifeste εἶδον, ut θάπτον vs. 1,
non est tertia persona pluralis, sed prima singularis numeri.

637, 10. αὐτίκα δ' ἠύξανόμην εὐερνής, πᾶσι ποθητός.

Adumbratum est εὐερνής ex Homericō ἀνέδραμεν ἔρνεϊ Ἴσος Σ
56. 437, unde Euripides Hec. 20 τροφαῖσιν ὡς τις πτόρθος ἠύ-
ξόμην τάλας. Scitent autem epigrammata locis expressis ex Ho-
mero, quem etiam extremae aetatis Graeculi memoria tenebant.
In praegresso versu notetur barbara forma εἰλάμενος, in qua
ista aetate sola diphthongus offendit. Videtur poetaster epicam
hanc licentiam existimasse, postulante metro omne E in EI
converti posse. Vs. 12 placet, quod iam propositum video,

supplementum *διδύμους περι* [*νεφρούς*]. Quid autem sibi vult, quod in ultimo versu defunctus puer dicit se tres *συναίμονας ἀστεφανώτους* reliquisse? Quod vertit Cougny, *relictis tribus germanis non coronatis*, non intellego. Voluit, nisi fallor, poeta: *sororibus innuptis*. De coronarum nuptialium usu cf. E. SAGLIO in *Dictionnaire des Antiquités Grecques et Romaines*, X fasc. pag. 1527 sq.

640, 4. Non respondet lectioni annotatio. Sed cf. Kaibel p. 121.

646. Longe rectius edidit Kaibel (n. 522), quocum in multis conspirat novum Mordtmanni apographum Mittheil. XIV, 193, sed hoc vs. 3 habet *πανύστατ[α] βάλνω*, vs. 4 *βροτοῖς φιλο[ι]σιν*, vs. 5 *συμποσίοις*, vs. 6 *ἐς Φιλίην*, vs. 7 *γυναῖκ'*, vs. 8 *λοιπὸν ἀπητήθην*, vs. 9 *ἄλλα δ' ἐνορκίζω*, vs. 10 *ἰκνοῦμαι*, quarum lectionum ope persanatum est totum epigramma, quod Mordtmann alteri p. C. seculo assignat.

650, 4. Lectio admodum incerta. Cf. Kaibel p. 136.

654. Epigramma quatuor hexametris, uno pentametro interposito, constans hoc versu finitur:

σπεύσας τοῦ ζῆν με στερέσαι; οὐ σοὶ πάντες δφειλόμεθα;

Suo marte Cougny, quamvis nullum sit in lapide eius rei indicium, verba *οὐ—δφειλόμεθα*; in nova linea posuit, ut duorum sint versuum fragmenta, quod sive poetae imperitia sive sculptoris incuria mutilos exhibuerit. Quia tamen nihil sententiae deest, potius credo novum hoc esse versificis artificium, versum heptametrum pangeritis, qui, ut pentameter duobus membris semiquinariis, ita duobus semiseptenariis constet, quorum hoc schema:

— — — — — | — — — — — | — — — — — | — — — — — | — — — — —

657, 4. *εἰ δὲ μαθὼν τὸν ἐμὸν μέτρον, ᾧ ξένε, ΠΑ.ΤΜΕ κλαύσεις, στέρξω. κτέ.*

Pessime Cougny dedit ῥᾶστα με κλαύσεις, nam neque ῥᾶστα est *libentissime*, neque ea ipsa notio apta est. Melius sane Kaibel καὶ σύ με, nec tamen tale, quod mihi prorsus persuadeat; sed melius non reperio. Vs. 11 πρ[ὸ γαμ]ων ἀρτ[ιφ]υῆς ἔθανον: Ioculare est quod Cougny vertit *recens natus*, cum deberet *recens adultus*. Nam defunctus, de quo hoc adiectivum usurpatur, modo (vs. 6) *κουρέα* se τὴν τέχνην fuisse professus est. — Eidem 659, 6 ταῦτα (sic) valet *τοσαῦτα*. Veram lectionem αὐτὰρ ἐγὼ κτέ, repertam a Jacobsio, recepit Kaibel.

658, 2. Χρυσ[ε]μάλλον ῥητιάριον, τὸν πρὶν δὲ κυ[ν]ηγόν.

In pessimo apographo (vid. Kaibel p. 138) corrigere audeo τὸ πρὶν.

664, 6. Χαίροις, ἐσθλὲ ὀδῖτα· σοφῶς σοι μάνυε τιμὰν
Πλούτωνος. κτέ.

Absurdam hanc suam coniecturam praetulit Cougny certae Heimsoethii emendationi, qui lapidis scripturam ΣΟΦΩΝΟΙ significare σοφῶ νοῖ intellexit. Non rectius vs. 9 Ἔστι γὰ καὶ ἐν Φθιμένοις Νέμεσις μέγα omisit non intellectam sibi voculam γὰ, quam poetulus Dorice scripsit, ut vs. 6 dedit μάνυε et vs. 3 βαρυπενθάς, oblitteratum ab editore, nihil enim vetat καὶ ἐν pronuntiari κάν. Ceterum Kaibel (num ex alio apographo?), non monito lectore contra numeros dedit γάρ. Denique inepte Cougny sic scripsit ultimum versum:

[μὴ νοέων] τύμβον ἀλλ' ἢ ἐμοῦ πάριθι.

posteaquam Kaibel satis probabiliter edidit:

[μὴ — —] τύμβον, ἀλλ' ἀναγνοῦς πάριθι.

Sententia suadet:

[μὴ σύλα] τύμβον, κτέ.

667, 5. ὅσος οἶος μνημεῖον ἐτέλεσε.

Quid lateat sub ΟCOCIOΣ haud facile aliquis dixerit, sed fu-

riosi est vertere: *qui, qualis fuit*. Vs. ultimus quasi commentarius est ad obscura verba vs. 1 *ῥητορικῆς πόνος οὗτος*, quibus Gaudentius significat se pecunia, quam arte sua coegerit, usum esse ad erigendum monumentum.

668, 1. Τέκνα τέκνων ἐσιδὼν Ἑρμῆς Ἑσπέρου ἐτῶν ξ'
ἠροϊκῶ θανάτῳ τῷδε τέτευχε ταΦῶ.

Kaibel defendens vs. 2 a coniectura *τοῦδε ταΦοῦ*, videtur dativum habere pro dativo loci et *τέτευχε* interpretari *τυγχάνει* Dubito.

677, 2. εἴκοσι καὶ ἐνὶ κατασβεσθεὶς ἐνιαυτῶ.

Si sic habet lapis, pessime dictum est pro *ἐνιαυτοῖς*, aut potius numerus cardinalis adhibitus pro ordinali.

678, 3. ἀλλά μοι σχάσας
Τὸ νεκραγωγόν, ὦ Φίλ', ἐν πεδίῳ γόνυ
κολαπτὸν ἄθρει γράμμα διπτύχοις κόραις.

Haec quoque sana esse nequeunt. Suspitor:

ἀλλά μοι σχάσας
Τ[ῶ] νεκρ[ικ]ῶ [σ]όν', ὦ Φίλ', ἐν πέδῳ γόνυ κτέ.

Cf. Kaibel, qui e lapide, ut videtur; dedit *πέδῳ*, p. 99.

681. Μητρὶ δέμας γαίῃ προλιπὼν θεοείκελος ἀνὴρ
πάτρης ἐν ζαθέοις ὄρεσιν, Πυκτῶ ὑπὸ τύμβῳ.

Cougny vertens *complacato sub titulo* (!) *πυκτῶ* pro *πτυκτῶ* accepisse videtur. Vix autem dubito quin lapis habeat *Τυκτῶ*, quod nemo non facile intellet. Tangere vix audeo scripturam *ἐν ζαθέοις ὄρεσιν*, licet haud diffitear me expectasse:

Πάτρης ἐν ζαθέοισιν ὄροις τυκτῶ ὑπὸ τύμβῳ,
in sacris patriae finibus. Nulla autem sunt in satis bono epigrammate barbariae documenta, quare non recte editum videtur vs. 9:

Τόνδε ἐγὼ σιγῇ τε καὶ οὐ λαλλοῦσα διδάξω,
sed λαλ[έ]ουσα corrigendum esse arbitrator.

682. Sic vertit editor Parisiensis »Ammonium deum in bono versatum vidi. *Contentus esto, bone pater, qui aureum genus pro te edideris.*” Tot tantasque ineptias effutire maluit quam certas recipere Kaibeli (p. 431) emendationes:

Ἄμμώνιον θεὸν Χριστῷ μεμελημένος εἶδον.

Ἰλαθι, Χριστέ πάτερ, χρύσειον γένος ἀνθυποΦήνας.

quibus admissis pro χρηστῷ et χρηστῆ, facile est intellegere, quid pius homo Christianus voluerit.

688, 2. πρὸς τε δικαιοσύνην καὶ τοῖς ἄλλοις ἄπειμι.

Cum nullus alius sit in reliquo poematio numerorum lapsus (nam quod vs. 3 in δικαίαν diphthongus corripitur, id similibus exemplis excusari potest) vix dubito quin ἄλλοισιν corrigendum sit. Neque enim poeta culpandus est, sed editor, quod vss. 5—7 hunc in modum ἀμετρώτατα et ineptissime expleti sunt:

Οὐκ ἀπό]τιμος ἀπὸ μητρὸς ἐμῆς καὶ πατρὸς ἄπειμι.

Οὐκ ἀντιρί]πτω οἷας χάριτας μοι ἀπέδωκαν,

κἄστι θέμις τοκέας π]αρὰ παίδων κομίσασθαι.

Incerta quidem est loci restitutio, sed cum ex apographis apud Kaibelium pag. 31 appareat ab initio primi horum versuum solus litteras OC certas esse, tentare saltem licebit:

Nūn δ' Ἄϊδ]ός[δ'] ἀπὸ μητρὸς ἐμῆς καὶ πατρὸς ἄπειμι.

Παῖδες (vel παῖδας) δὲ κρύ]πτω οἷας χάριτας μοι (= μ')

[ἀπέδωκαν·

Τοῖας μέλλουσιν π]αρὰ τῶν (sic lapis) παίδων κομίσασθαι.

Defuncta mulier, quae et a parentibus et a liberis suis iniuriis sese affectam esse significat, hos similia a suis ipsorum liberis experturos esse sperat. Aliter Kaibel. — Vs. 3 κεκόνισμαι ty-
pographicum vitium est pro κεκόμισμαι.

691, 6. μή τιν' ἐνήσης — ὑφέξης — δώσης. Hi barbarismi

editori imputandi sunt, nam lapidum scripturae *ενθησις, υφεξις, δωσις* significant *ενθήσεις, ύφέξεις, δώσεις*, ut bene intellexit Kaibel.

692, 2. καὶ ξεστὸν οἰκτροῦ παιδὸς ἄνω σήματι
ἔθηκε βωμόν.

Pro ἄνω Kaibel ex Bucheleri coniectura posuit ἀμφί, sed fortasse lenius corrigere licet ἄν [τ]ῷ σήματι, ut poetastrum epico more praepositionem ἀνά pro ἐπὶ usurpasse putemus.

694, 5. κληῖρον δὲ μητρὸς τῷδε κληρουχῷ τάφῳ.
στήλη δὲ Φωνῶ ἀνταγωνίας βίου.

Apte quidem sed paullo violentius Ellis proposuit γνῶτ' vel γνῶθ' ἀγωνίας proposuit. Lenius fortasse poteris [π]άντ' (= παντὶ) ἀγωνίας βίου. Iota enim dativi contra Atticorum morem elisum in seris his poetastris, qui omnia miscent, neminem morabitur. Nihilominus Angli critici coniectura habet quo commendetur.

696, 5. Ἀλέξανδρος ὃδ' ἐστὶ, Βαλεντείνῃ δὲ συνεύδει
κεῖν ἐνέρων λιμένεσσι μέγ' αἰνητῇ παρακοίττει·
τοὺς δ' ἄμφω χάριεν τέλος ἔλλαχεν, οὐς κτερεῖξε
χερσὶ Φίλαις θυγάτηρ γλυκερῇ Παυλίνα τοκῆας,
ἤδη οἱ θαλέθοντα τόκον κατὰ δῶμα λιπόντας
τριττύος ἐξ αὐτῆς, οἳ μευ μελάθρων μεδέοιεν.

Magnam difficultatem interpretibus parit vox τριττύος, sed vix dubito quin recte Kaibel p. 264, reiectis aliis explicationibus, locum intellexerit de triplici Paulinae partu, nec tamen rationem grammaticam scripturae τόκον τριττύος ἐξ αὐτῆς expedire possum vereorque ne ΤΡΙΤΤΟΣ sit falsa lectio, quae vide ne celet scripturam ΤΡ[ΕΙΣ]Τ[Α]Σ, ut scribendum sit:

ἤδη οἱ θαλέθοντα τόκον κατὰ δῶμα λιπόντας,
τρεῖς ὕας ἐξ αὐτῆς, οἳ μευ μελάθρων μεδέοιεν.

Male deinde Cougny vertit versum bene explicatum a Kaibelio

χρῆν γὰρ ἐπ' ὠδίνεσσιν ἔχειν χέρα κτέ.
 »oportebat enim in doloribus manum habere.”

696. Non est *θεομνήστωρ* »novum vocabulum”, sed prava forma pro *θεομήστωρ*, ut librarii pro *Κλυταιμῆστρα* male scribere solent *Κλυταιμνήστρα*. Idem valet de *ταλάφρων*, si hoc re vera legitur in lapide, dicto pro *ταλαίφρων*.

698. Hoc epigramma est aut maioris epitaphii fragmentum, aut alii, in quo de mortuo agebatur, subscriptum fuit. Hinc incipit a verbis: *Εἰ δὲ τολμήσει*, quae scriptura non est metri causa sollicitanda. Cf. ad III, 285.

699. *Παιδά με πενταέτη ὀλίγη ἐκρύψατο κρωσσός*

ἀλλίστου ταχέως ἀντιάσαντ' Ἀἴδεω·

οὔνομα δ' [εἰ] δίξηαι, ἐνὶ πρώτοισι Μένης [ἦν].

Puer quinquennis non potuit esse *inter primos*, et sensu casum est, quod vertit Cougny, *in primis temporibus*, ut de Graecitate taceam. Corrigendum ἐν [ζ]ωοῖσι Μένης ἦν. Cf. 718, 3. III. 153, al.

702, 2.

— *οὐχὶ δ' ἐμοὶ δὲ μόνον.*

Cf. quae scripsi Mnem. 1882, 391.

703, 1. *ἄτροπον* male editur pro *ἀτροπόν* = *ἀτραπόν*. Vid. Kaibel. Ceterum sitne *ἀτροπός* forma sequior, an lapidarii *σφάλμα* ambigo. — In 709, 7 pro *γονεῖσι* a Kaibelio accipe *γονέεσι* et in 710, 3 *αὐχούμενον* pro *αὐξούμενον* a Keilio. Sed ubi annotandi finis esset, si vellem omnes veras lectiones, neglectas ab editore Parisino, recensere?

707, 5.

σοφός Ἡρακλείδης

μιμάδι Βασσίλλη στήλην θέτο βιολόγος Φώς·

ἢ δὴ καὶ νέκυς οὔσα ἴσην βίου ἔλαχε τιμὴν,

μουσικὸν εἰς δάπεδον σῶμ' ἀναπαυσαμένη.

Sententia est *τιμὴν ἴσην τῇ τοῦ βίου τιμῇ*, itaque requiritur: *ἴσην βί[ωι]*—*τιμὴν*. Cf. Mnem. 1882, 399.

722, 9. *μή σε λάβῃ πυρόεσσα κρίσις δεινέεσσα γεέννης*.
Videtur *δεινέεσσα* (nam *δινήεσσα* non est huius loci) vitium traxisse e praegresso *πυρόεσσα*. Clamat enim sententia cum metro corrigendum esse *δεινή [τε] γεέννης*. Vs. 12 *μηδέ μιν* fortasse operarum error est pro *μηδὲ μὲν*.

728, 3. *Βάσσοσ τύμβον ἔτευξεν, ἔρισθενὲσ ἔρμα πόλλοσ,
ὄν βαθὺ γῆρασ ἔλοι τέκνα τε γηθόμενον*.

Construe: *ὄν τέκνα τε βαθὺ γῆρασ ἔλοι γηθόμενον*. Sperat sepulcri conditor Bassus, fore ut ipse longaevus moriatur eandemque sortem precatur liberis suis, quorum corpora aliquando in eodem sepulcro quiescent. Sermonis obscuritas pessimi versificis infantiae imputanda est. Ineptissime more suo vertit Cougny.

746, 17. *καὶ τῷ παρόντι κατακαλύπτει [τῷ] τάΦῳ*.

Tam grammatica quam versus politici ratio damnat articulum pessime repetitum.

747, 22. Ἄρ' οὐχὶ παράσχοισθε τὴν μικρὰν χάριν;

Ἄρ' οὐχὶ ὑπάξοισθε τὸν βραχὺν λόγον;

Intellegi nequit alter versiculus, et apto sensu caret versio Latina »nonne subieceritis brevem sermonem? Corrige, sodes:

Ἄρ' οὐχὶ ὑπα[ιδ]οῖσθε τὸν βραχὺν λόγον;

i. e. *Nonne revereamini brevem (meum) sermonem?* scil. preces meas, ut ne aliena ossa cum meis misceantur. Vide praegressa. Hiatus istos versifices non magis moratur quam syllabarum quantitas.

748, 7. Ὁ δ' Ἰανουάριος εἶχεν ἡμέραν

τὴν ἐσχάτην τε καὶ τελευταίαν μόνην.

Editoris Parisini coniecturam absurdissimam *μονήν* iam evertit certa politicorum versuum lex, qua ultima syllaba accentu caret. Fortasse voluit poetaster »Ianuarius ultimum diem solum (reliquum) habebat.”

722, 11. *ἐμύσαμεν πρὸς πάντα πάνθ' ἡμῶν κόνας.*

Sensu caret versio Latina »clausaque ad omnia nobis omnia tenemus, qui pulvis sumus (sic!).” Manifesto incidendum post *πάντα* et vertendum: *Oculos claudimus adversus omnia; omnia nobis pulvis*, quibus verbis quantumvis obscuris et ineptis moestus parens significare videtur, *omnia sibi in vita infesta esse; se tamen obdurare exemplo eorum qui contra pulverem oculos claudant.* Cf. Soph. Antig. 421.

AD CAPUT III.

69, 1. Kaibel: *κούρη κεκλή[σο]μαι αἰεῖ!* Certam esse hanc lectionem affirmat Loewy Inschr. Gr. B. pag. 15. In vs. 1 lapis habet *ΦΡΑΣΙΚΛΕΙΑΣ*, quod *Φρασικλέας* pronuntiandum est, non scribendum.

80, 9. *καί κεν ἐπ' αὐτὸ δράμοι Ταύρου κέρας, οὐδ' ἂν ἀμάρτοι σωτήρος, Πρωτεῦ, ΖΗΝΙΘΗΘΑΘ Πλέων.*

Melius quam assolet Cougny *Πρωτεῦ ξείνιε, τῆδε πλέων*, nec tamen placet *Πρωτεῦ ξείνιε*, quia Protei, qui etiam vs. 1 invocatur, minime hospitalis fuit indoles. Conieci:

*οὐδ' ἂν ἀμάρτοι
σωτήρος, Πρωτεῦ, Ζην[ὸ]ς [ὸ] τῆ[ι]δε πλέων.*

82, 2. *Πείσμασιν ἀγκύρας ἀπερείδεται, οἷσιν Ἀβύδου
Ξέρξης καὶ Σήστου διισσὸν ἔδησε πόρον.*

Nescio an verius sit *μέσσον fretum medium Abydum inter et Sestum.* Durum est *διισσὸν* intellegere de utraque ripa.

84, 4. Legendum videtur: λιμνην δὲ διέβη τὴν (pro διέβαινε) κάτω.

92, 1. Ἐκ δαπέδου μ' ἄρθωσεν ὄλης Ἀσίας [εὐτέχων
ἀφθονίη χειρῶν δῖος Ἀρισταίνετος.

Incertum est supplementum. Μέγα θαῦμα supplevit Preger, ut docet me Stadtmüller (Berliner Wochenschrift 8 März 1890) in Pregeriani operis, quod ad me non pervenit, censura. Recte is monet etiam alia, velut χθονὸς αἴγλην, excogitari posse. Iure autem χειρῶν a Pregeri coniectura χαίρων defendit cl. Soph. O. R. 623.

101, 3. ἦν δὲ βάλης κοίλης ποτὶ νηδύος ἀγλαδὸν ὕδαρ
ἄκρα μόνον δολιχοῦ χεῖλεος ἀψάμενος.

Hoc epigramma, quod ex Sotione de fluminibus et Vitruvio VIII 3 sumsit editor, vix recte traditum. Pro ποτὶ enim sententia requirit κατὰ et ἀψάμενον pro ἀψάμενος. Ceterum ἄκρα, ut saepius, adverbialiter positum est; genetivus enim pendet ab ἀψάμενον.

102, 3. οὔνεκ', ὦν, quod metrum iugulat, operarum errore scriptum videtur pro οὔνεκ', ἐὼν, ut 167, 2 ῥυσάμενος pro ῥυσόμενος. Eiusmodi vitii scatet haec editio.

103, b (Add.) 4. προγόνων δόξαν ὑπερθέμενος. Verte: *superata gloria maiorum*. Cougny: *superposita!*

107, 5. ἀνθ' ὧν συγγενές οἱ τοῦτο βρέτας, ὄφρ' ἐπὶ βωμῶ,
οἰά γε δὴ κτίστας, τάνδε φέροιτο χάριν.

Cougny, qui iniuria sollicitat voculas γε δὴ, quae recte habent, vim affert vocabulo depravato συγγενές vertens *simile*. Quodsi recte Niebuhr ad Agathiam Hist. II 17, qui hunc titulum descripsit, correxit συγγενέες, simul delendum erit sequens οἱ, sin minus, fieri potest ut in titulo fuerit:

ἀνθ' ὧν εὐγανέες οἱ τοῦτο βρέτας, scil. positum est.
 Εὐγανής, *splendidus*, licet nusquam legatur, optime formatum est.

116. Εὐκλείδης νόον ὄξυν' ἀειζώοις γραμμαῖσι
 πάντα τε ἀτρεκέως ἐξερέεινε βροτοῖς, κτέ.

Gravis operarum error apud Cougnyum perdidit vs. 2. Ad quantitatem vocalis in ὄξυνε cf. λαμπρύνει III 158, 10; καθυδύνει 301, 16, ἀμύνων 336, 4 et passim ἰθύνειν. In sequenti epigrammate male editor spreuit splendidam Kaibeli emendationem κείναχιδῶν [= καὶ Ἴν.] pro κοίν' Ἀχαιῶν. Idem vs. 1 rectius supplet νόος post πολλήν.

122. Αἶνεσον εὐ]σπλου Φιλοποίμε[νος] αἶμ[α λαχοῦσαν
 παῖδα Με]γακλείας, αἶνεσον Εὐξενία[ν,
 ἂν ἀπὸ Δαμοκράτους λέκτρων ἠνείκατο μ[ούναν,
 Εὐ]ξ[ε]νίαν [σεμνὰ]ν Κύπριδος ἱροπόλιν.
 Τέρ]μονι γὰρ ναοῖο [πέ]ριξ εὐερκέα θριγκὸν
 θήκατο καὶ ξ[εῖ]νοῖς [χῶρον ἄμ' εὐΦρ]ο[σύνας.
 Εἰ] δὲ γυνὰ
 οὐ θαῦμ'·] ἐξ ἀγαθῶν αὐτὰ ἔγεντ' ἀγαθὰ.

Longe probabiliora videntur haec Kaibellii, Hirschfeldi apographo usi, supplementa quam quae, Foucartum secutus, edidit Cougny. Vs. 8 hic dedit pleniorē:

Εἰ δὲ, γυνὰ, π[λούτ]οιο κλ[έος . . .] ξατο Φάμα
 quibus reliquiis si qua est fides, suspicari fortasse poteris poetam rem exaggerantem dedisse:

Εἰ δὲ γυνὰ π[ρογόν]οιο κλ[έος παραῖ]ξατο Φάμα,
 οὐ θαῦμ'· κτέ.

Ultimum versum non intellexit Cougny vertens: *ex bonis ipsa fiunt bona*, cum deberet: *ex bonis ipsa nata est bona*.

124. Ἄνηρ γὰρ ἔλκων οἶνον, ὡς ὕδωρ ἵππος,
 Σκυθιστὶ Φωνεῖ, οὐδὲ κόππα γιγνώσκων.

κεῖται δ' ἄναυδος ἐν πίθῳ κολουμβήσας
κάθυπνος, ὡς μήκωνα Φάρμακον πίνων.

In his Parmenionis choliambis apud Athen. V p. 221 offendit et sententia et turpis hiatus. Corrigendum suspicor:

Σκυθιστὶ φαίνεται οὐδὲ κόππα γιγνώσκων.

i. e. Σκυθιστὶ ἀμαθαίνων καὶ σολοικίζων φαίνεται.

135. Ἐνθάδε τὸ πρόθυρον δωμήσατο τείχεος ἐντὸς

ὑψηλὸν ζαθέης Ἰσίδος ἀρχιερέως·

πρὸς δ' ἔτι καὶ τὸν ἄνυσσε πυλῶν' ἱερῇ ἐνὶ Κύσει. κτέ.

Graecum non est τὸν ἄνυσσε πυλῶνα pro ἄνυσσε τὸν πυλῶνα, quare, si verba sana, epigrammatis auctor articulum more Homericoadhibuit pro pronomine demonstrativo. Sed probabilius puto ΚΑΙΤΟΝ male descriptum esse pro ΚΑΙΝΟΝ, καινὸν—πυλῶνα. Recte Anth. Pal. VI 35, 6 τᾶν pro τὰν correxit Sternbach.

137. Falsa supplementa (1) μῆκος [ὁ τήνδε] et (3) μεθ[οδεύσας] merito exposuit Kaibel pag. 472. Ipse Mnem. 1882, 397 tentavi:

Ἐπτάκι τοὺς ἑκατὸν πήχεις εἰς μῆκος [, ὀδεῖτα,

τὴν Ἰβὶ κόσμησεν στρώματι τῷ λιθινῷ

Ἐρμόλεως ὁ γυναικὶ σὺν Ἀνθούσῃ με[ταναστὰς

πατρίδος ἐξ Ἑρμοῦ, υἱὸς δ' Ἑρμοβίου.

Nihil autem sumi vetat, in lapide vitiosa aspiratione fuisse μεθ[ανάστας].

140. Οὐδὲ σέθεν γεραρὴν ἴδ' ἐρατὴν πυκτιδα

ἡμιτελῆ παρέθηκα, σοφίης ὄρχαμε ὥσχε, κτέ.

Primum huius in Oppianum epigrammatis versum, quem sic edidit Bandinius, facili coniectura sic restituo:

Οὐδὲ σέθεν γεραρὴν ἴδ' ἐραστὴν πυξίδα τήνδε κτέ.

Musas de more iratas sibi habuit Cougny scribens ἴδ' ἐγὼ πυκ-

τηιδ' ἔραστήν. Melius idem vs. 4 administravit, nisi quod contra numeros ἤνυσσα dedit pro ἤνυσσα.

142, 6. Ἐντυγχάνων οὖν εὐκόπως τὸ βιβλίον
καὶ τὴν ἀπ' αὐτοῦ συλλέγων εὐκαρπίαν
πονῶν με πείθε μὴ κατοκνεῖν εἰς πόνους.

Ita Cougny ex Bandinio, sed suspectum habeo πονῶν, quod opposita fronte pugnat cum praegresso εὐκόπως. Fortasse fuit:

λοιπόν με πείθε μὴ κατοκνεῖν εἰς πόνους.

169, 1. οἶον ἀκμαίων

ἄριον ἐκ λαγόνων ἄνθος ἀποκρέμαται.

Ex codicis lectione ἀκμαῖον acute Piccolus fecit ἀκραίων, sed dubium est utrum hoc lateat an ἀκράων. Ceterum res eodem redit; sequiores enim subinde ἀκραῖος, quod apud veteres ducitur ab ἀκρα, pro ἄκρος usurpare constat.

172, 1. Οὗτος Ἔρωσ· τί γὰρ ἄλλο καὶ ἔπρεπεν οὖνομα χάρῳ,
πάντοθεν ἡμερτῶν πληθομένων Ν χαρίτων.

E Cramerī An. Par. IV 372 sumsit editor. Corrigatur πληθομένων, quo verbo sequiores utuntur pro πίμπλασθαι, veteres enim solam formam activam adhibent. Exempla vide in Thesauro.

175. Recte Piccolus, collato Synesio Ep. 130, hoc epigramma intellexit de excubitoribus, qui viarum securitati praepositi, hac et illac circumibant urbem cum facibus. Fingitur Luna his succensere haud aliter, sic enim intellego vs. tertium, quam olim Sol succensuit Phaëthonti, qui ipsius currum conscenderat. Quod si ita est, verba:

Ἥλιε, τεθρίπποις νεμεσήσης μηκέτι μούνοισ

non possunt significare »quadrigis ne iam (tuis) indignare solis," sed debent »noli iam amplius propter quadrigas tuas solas indignari." Mirus tamen dativi usus.

176, 4.

ὡς τὸδε γράμμα

ἀτρεκέως ἤλεγξε [σοφῶν φρένα] μηκέτι πυκνήν.

Incertum quidem, sed non ineptum est hoc Piccoli supplementum. Obiectum certe sententiae fuerunt ethnicorum errores, quos Aeneae Gozaei liber redarguit. Sed quidquid excidit, eo sensu sana esse nequeunt verba μηκέτι πυκνήν, sub quibus latere suspicor μήτιδι πυκνή.

177. Εἰ μὴ γράμμα Πλάτωνος ἐμὴν ἐπέδησεν ἐρωήν,
ἤδη λυγρὸν ἔλυσα βίου πολυκηδέα δεσμόν.

In hoc Olympiodori in Phaedonem epigrammate depravatatum est λυγρὸν, pro quo infeliciter λυγρὸς coniecit Cougny. Requiritur enim λυγροῦ—βίου.

178, 5. Ὀλβιον ἂν τὸδε βεῦμα, καὶ ἔσσειται ἀντὶ τροπαίου κτέ.
Imo vero ἂρ, sed vereor ne tygorum σφάλμα corrigam, quod idem valet de epigr. 317, 4 ubi supplendum Ἰορδάνης <δὲ> δεσπότη καλουμένῳ. Mox 180, 2 ναὶ μὰ pro καὶ μὰ certa est Piccoli correctio.

181. Vox ἄισμα, excidium, deest Thesauro, nec probabiliter formatum est pro ἀίστωμα. Fortasse fuit: Σιμπλίκιος μέγα πῆμα (pro μέγ' ἄισμα) κατηγορίασι φαάνθη. Cf. annot.

183, 4. Supple: ἀφ' οὗ προσῆλθεν ἡλίῳ <τῷ> παμφαεῖ. Vit. typ.?

185, 5. θήκατο δ' ἄλλο φέριστον, ἀλιτρονόων μόθον εἴρων,
χαλκῶ ἐπιζεύξας τάσδ' ἐπίπροσθε θύρας.

Sitne θύρας intellegendum de aerarii foribus, ut ἀλιτρόνοοι sint fures, an de urbis portae valvis, quas contra hostium vim aere firmaverit is in cuius honorem hic titulus compositus est, prima facie ambigere possis. Hoc tamen propter μόθον longe probabilius videtur.

186, 1. Αἰῶνος σπειρήματ' ἀφυσσάμενος ἀπ' ἐμεῖο
 παιδείης, μύθους γνῶθι παλαιγενέας.

In hoc epigrammate apud Photium Bibl. cod. 181 facto in Apollodori bibliothecam melius intellegam αἰῶνος σπειρήματα, aevi experientias, scil. historias. Quid enim sibi velit *temporum orbis haurire ex Apollodori scientia*, mihi obscurum est.

189, 5. In suavi aestatis descriptione legimus:

ἄνεα δ' εὐφωνοῦσι καὶ ἄλσεα, εὐσκια δένδρα.

Utrum haec intellegenda de leni arborum perfliante Zephyro susurru, an dixit poeta κατ' ἄλσεα? Ambigo.

190. Ἐκ δρυὸς οἶνος, τοῦνεκα (= οὔνεκα) ἐκ Διδὸς ἔδραμε
 Διδύσσος· κτέ. [μηρῶν]

Frigidus iocus petitus e similitudine vocabulorum δρυὸς (pronuntia *drios*) et Διδός.

196, 7. οἷς οἶκος Αἴδης, Ἀχέρων, Λίμνη, Χάρων κτέ.

Bandini Catal. II, p. 45. Fortasse ineptus poetaster paullo minus inepte scripsit οἷς κοινὸς Αἴδης κτέ.

197, 3. Ξέρξης βασιλεύς, Δαρείου παῖς κ' Ἀτόσσης.

Revoca codicis lectionem κ' Ἀτόσσης, quod in fine versus politici optime habet, non tantum in nominibus propriis, ut IV 87, 1. 121, 12 et 16, 140, 4. V 54, 17, sed etiam in appellativis, ut in hoc ipso carmine vs. 1. 196, 8. 218, 2. IV 91, 2. V 57, 1. 60, 1 et passim. Ubi vero, quaeso, Darii uxor vocata est Ἀτοσα?

198 1, 5. Matrem Orestes

κτανὸν ἔθαλλεν, ὡς ὀνειροῖς τοῖς πάλαι
 εἶδε θανοῦσα, πρὶν θάνῃ, τελεσφόρα.

Non tantum ἔθαλλεν, pro quo Cougny proposuit ἔπαλλεν aut

(cum hiatu) ἐθάμβει, depravatam est, sed etiam verba sequentia, quae vide an sic curanda sint:

κτανῶν ἐθάμβειτ', ὡς ὄνειροι, τοὺς πάλαι
εἶδ' ἢ θανοῦσα, πρὶν θάνεν (vel θανεῖν), τελεσφόροι.

Ad verbum medium θαμβεῖσθαι cf. 349, 2.

201, 3. αἰαγμάτων ἄξιος Αἴας τυγχάνει.

Verborum lusum debet grammaticus ipsi Sophocli Aiac. 430 sqq.

204. ψυχὴν ἀνειπὼν ἀθάνατον ὁ Πλάτων
ἀφῆκε δόξαν ἀθάνατον ἐν βίῳ.

Procul dubio versifex dicere voluit, Platonem praedicata animi immortalitate ipsum immortalem sibi gloriam peperisse. Cf. sequens epigramma. Scripsisse igitur videtur:

εὐρηκε δόξαν ἀθάνατον ἐν βίῳ.

209, 3. Aristoteles salutatur verbis:

παγκρατὲς ὦ δεκάδος μεταδίκτυον

Imo vero μέγα δίκτυον.

216, 3. Idem Aristoteles dicitur accurate docuisse:

γενῶν ἀπάντων τὰς ὄλας διαιρέσεις,
καθ' ἃς πρὸς εἶδη κατατέμνονται ξένως.

Editor *alieno modo*, pro ut sunt aliae alius generis." Non vidi magis! Ξένως saepe sequioribus est *mirifice*, *admirabiliter*, idemque 213, 8 dicitur *ξενοτρόπως*. Deinde vs. 11 philosophus dicitur docuisse:

καὶ πάντα τᾶλλα πατρικῶς, οὐ Φλυάρως.

quod manifestum est librarii σφάλμα pro πρακτικῶς, i. e. *efficaciter et sollerter*. Cf. Thesaurus s. v.

228. Ἐρεχθέως ἀνήκεν ἢ γῆ τὴν πόλιν,

ἄλλ' οὐρανὸς ἀνήκε Ῥώμην τὴν νέαν.

κρείττον τὸ κάλλος γῆς, ὅσον λαμπρὸς πῶλος.

Tertium versum non intellego. Scribendum suspicor:

κρείττον τὸ κάλλος τῆς (= ταύτης), ὅσον κτέ.

Maior est huius (i. e. Constantinopolis) *pulchritudo, quantum splendet coelum.* Nempe voluit pessimus poeta: maior est Constantini urbis quam Athenarum pulchritudo, quia non, ut illae, e terra nata est, sed ex coelo, terra splendidiore; sed infantia hominem prohibuit, quominus clarius sententiam exponeret.

234, 2. In vertendo hoc vs., quem non intellego, Cougny confudit *νόει* cum *νοεῖ!*

245. Μουσάων ποθέω δύο μούνας, ὧν δέ γε κοσμεῖ

Καλλιόπη γλώτταν, Οὐρανίη δὲ Φρένας.

Vitiose, ut numeros expleret, sine ullo sensu poeta addidit voculas *δέ γε*. An corrigendum ὧν ἐπικοσμεῖ κτέ.? Pro *γλώτταν* l. *γλώσσαν*.

251. Οὐκ ἔστι κάλλους σύγκρισις πρὸς ἀστέρας

τοῦ σοῦ, ποθεινέ· λαμπάδα κρινῶ λύχνοις,

κρινῶ πρὸς αὐτὸν τὸν Φαεινὸν Φωσφῆρον.

Sententiam bene restituit Piccolus (cuius rationes non intellexit Cougny) inserenda post *λαμπάδα* negationem. Eandem vero, nulla mutata aut addita littera, restituere possumus scribendo per interrogationem: *λαμπάδα κρινῶ* (κρινῶ?) *λύχνοις*; *facemne cum lychno conferam?* Imo (te, o formose puer,) *cum ipso lucifero comparabo.*

256, b (Add.), 7. ἀνθεῖ μόλις, Φθῆσι δέ, Φθάνει ταχέως

ἔκανθα κτέ.

Φθῆσι (sic enim legendum) = Φθίσει.

256, d (Add.) Vss. 9—14 sumsit versifex ex Euripidis Heouba, 375 sqq.

260. Sic transpositione sanandum videtur epigramma apud Bandinium:

1. Μικρὸν χρόνον τὸ κέρδος εὐρῶν τοῦ βίου
2. ἔκτεινας ἄνδρα, καὶ σὺν αὐτῷ τὰς πόλεις,
5. κοιμώμενον λέοντα πυγμαῖος πίθηξ.
3. Τί σοι τὸ μέλλον; ἀντὶ βρευστοῦ γὰρ βίου
4. κεῖσαι τάφῳ νῦν δεξιᾶν ἡμαγμένους.
6. μένει τὰ Φρικτά· Φεῦ κακῶν βουλευμάτων.

Praeterea ultima verba sic scribi malim:

κεῖσαι τάφῳ νῦν· δεξιᾶν ἡμαγμένον
 μένει τὰ Φρικτά· Φεῦ κακῶν βουλευμάτων.

Post τάφῳ vs. 4 delevi hypostigmen.

281, 5. ἄλσι περισσομάχητον ἰδὶ χθονὶ πουλυβοτείρη.

Sic Cougny pro ἀλὶ περιμάχητον, adiectivum recte corrigens, sed male substantivum, cuius prior syllaba arsius vi producta est, prorsus ut IV 101, 23:

ἄλα διερχόμενος μειλίγματ' ἄγων πνοιῶν σῶν.

Inauditum est etiam Byzantino sermone ἄλες dictum pro singulari.

285, 8. Ἐπρεπε γὰρ πλάσιν ἀνθρώποιο κατασκευὴν τε
 ἢ πολυφραδμοσύνη ἐξερέειν κοσμίως.

Ad hanc anapaesticam vocis mensuram cf. IV 122, 5

ᾧ παντεπόπτα, τοὺς ποθοῦντας τὸν κόσμον,

qui versus, ut ex reliquis apparet, neque choliambus est neque politicus. Cf. ad II, 698: εἰ δὲ τολμήσει.

292, 7. καὶ τῶδε αὖ βρίθει με πάχος χροὺς εὐτέ περ ἰός.

ὥς τε βάρους σιδάρω, ὃ πλάσαν ἀργαλέαι
 τηκεδανὴ τε μέριμνα, κακοῦ βίотου μελεδῶναι,
 ῥύπος θ' ἠδυμόρου βρώματος ἀρχεγόνων.

Voluit homo Christianus, Platonica imbutus doctrina: *Et haec vero me gravat materiae crassitudo* (i. e. terrenae animi partes.

Cf. Plato Rep. X p. 611 E), *rubiginis instar utque ferri pondus, quam finxere cum gravis turbidaque cura (malae vitae sollicitudines), tum sordes dulci victu priscorum* (i. e. non renatorum fide Christiana) *hominum contractae*. Duobus autem mendis locus purgandus est, nam quin vs. 8 ἀργαλέα et vs. 10 ἠδύβδρου scribendum sit nemo sanus dubitabit. Ad πάχος (7) cf. 413, 2. Incredibili autem stupore insignis est versio Latina, quam cognoscas, si tanti est, ex ipsa editione Parisina. Nec melius editor intellexit 294, 5 μακρᾶς σε γῆς ἤνεγκα μυρίοις πόνοις, quem versum significare *e terra longinqua te* (i. e. tuum cadaver, mi pater), *infinito labore portavi* (in patriam), vel puer intellexerit.

295, 6. Ὅσῳ γὰρ αὐτὰ τῶν πρὶν τ' ἐξευρημένα
μείζω, τοσοῦτῳ πίστις ἢ Θεοφάνους.

Imo vero τῶν πρὶν γ' ἐξευρημένα.

299, 4. τὸ πνεῦμα βυπῶν κτέ. Cougny »spiritus sordium“, confundens participium cum substantivo, idque cum opponatur τὸν νοῦν δὲ λαμπρός. Non magis vs. 6 Φωτὶ Φῶς προσλαμβάνων significare potest *lumini lumen adhibens*, neque 300, 3 ἄδε βλέπων est *hic intuens*, sed *huc spectans*.

301, 4. De Domini splendore, alterius solis, dicitur:

δραῖς (δρα?) δραμόντα δυσμόθεν πρὸς τὴν ἔω,
δρα (δραῖς?) πάλιν τρέχοντα ταύτης πρὸς δύσιν,
καὶ τοῖς ὄπλοις φλέγοντα καὶ πρὸ τῆς μάχης.

Quid haec sibi velint, non exputo. Aut abstrusus latet sensus, aut gravissima subest corruptela. Sententia requirere videtur »tam coelum quam terram illustrans.“ Sed nihil lenius excogitare potui quam hoc:

καὶ τὸν πόλον φλέγοντα καὶ τὰ γῆς πλάτη.

Cf. 309, 2. 368, 2. Ingeniosior fortasse aliquis hunc locum aut explicabit aut corriget.

303, 9. αὐτὸς καθ' αὐτοῦ δεύτερα ψηφίζεται.

i. e. *ipse* (nunc) *secundas sibi adiudicat* coelum, quod antehac (4 sq. astris et lucifero glorians τὰ πρῶτα τῶν καλῶν γέρα ἔφερον) sed nunc comparatum cum aede Salvatoris (cf. 302) iacet sordetque. Sensu cassum est quod vertit Cougny: *ipse in ipsum iterum iudicat*. Commentarii instar est sequens epigramma pro istius aevi ratione satis elegans. Eandem cogitationem illustrant epigrammata 305—307.

308, 5. σκεύη πονηρὰ δεισιδαίμονος πλάνης.

Permirus est non intellexisse haec verba summi ingenii ingentisque doctrinae virum Hugonem Grotium, cuius vide versionem. Aperte ipsi imaginum cultores, Theophanes et Diodorus, de quibus hoc epigramma affert Zonaras, sermone sacro vocati sunt *vasa prava superstitiosi erroris*.

312, 1. Οὐρανοῦ ἑΓκατέπαλτο καὶ ἔμπνοον ἔθετο εἰκὼ
εὐθάδε Χριστὸς ἔην μητέρος· κτέ.

Imo ἑΚκατέπαλτο.

318, 3 sqq. Eundem verborum lusum in Αἴανδρος et Μαίανδρος reperies in alio epigrammate V, 55.

326. Οὐ χεῖρ λιθουργὸς οὐδὲ χεῖρες ζωγράφου·
σὴ, δημιουργέ, χεῖρ καὶ σὴ τέχνη
εἰς ἓν τὰ κάλλη τῶν ὄλων κεραυνῶει.

Vs. 2 mancus est. Possis χεῖρ [τε] καὶ [ἡ] σὴ τέχνη vel σὴ, δημιουργ', ἐ[ὺ]χειρ[ι]α καὶ σὴ τέχνη, quod fortasse praefendum.

328. Ἀένας δόμος εἰμι ἀεθλοφόρου Θεοδώρου,
μάρτυρος ἀθανάτοιο, θεοῦ τε καὶ ἀνθρώποιο·
σῶμα γὰρ ἐν γαίῃ, ψυχὴ δ' εἰς οὐρανὸν εὐρὺν
ἀγγε[λ]ικ[ῆ] τελέθει κἀγήραον ἔρμα . . .

Traditum vs. 4 ΕΡΜΑΘΕΤΕΤ Kirchhoffio ἔρμα λοέτρου celare videbatur, qua coniectura recte repudiata, Kaibel κάγῆραος ἐμβιοτεύει coniecit. Mihi in mentem venit κάγῆραον εἶμα [ἐπίεσται. Quid faciam vs. 5, cuius hae sunt reliquiae ΚΑΙΝΑΕΤΝΕΙ ΚΑΙ ΕΚΚΟΜΕΝ nescio. Fortasse vere Kirchhoff:

καὶ ναέ[τησι] καὶ ἐσσομέ[νοις μέγα θαῦμα ἰδέσθαι.

Cf. Anth. P. VII, 142, 2.

332, 1. Metrum postulat κούρης pro κόρης.

335, 11. Τίς τάδε σιφλώσειεν; ἀνάσσετε Χαίρετε τοίχοις,
αὐτὰρ ἐγὼ χώραις καὶ κραδίαις γράφομαι.

Legendum existimo ἀνάσσετε (hoc cum Cramero) Κ' αἶρετε τοίχοις, ut haec nascatur sententia: *Frangite* (sc. statuas meas), *ac tollite parietes* (in quibus pictae sunt meae imagines), *attamen imago mea picta manet in regionibus* (a me subactis) *et* (incolarum) *cordibus*. Dicit haec finguntur a Nicephoro imperatore, qui vivus multas regiones et urbes subiecerat, interfecto, cum omnes eius imagines ab inimicis delerentur. Byzantini, ut supra monui, voculam καί, quam κέ pronuntiabant, interdum elidunt.

343. Νεοπτόλεμος ἦν νέος Χριστοφόρος·

κεῖται δὲ βληθεῖς, Φεῦ, ἢ τίς χερσὶ τίνος,
ὁ Πηλέως ἔκειτο Πάριδος βέλει. κτέ.

Optime Cramer ἢ τίς χερσὶ τίνος; ὁ Πηλέως κτέ., i. e. ἢ ὁ Πηλέως ἔκειτο κτέ., quibus non intellectis, Cougny absurde vertit, quod omni sensu caret. Poetaster, cui opus erat, quod versum expleret, rhetorice se ipsum interrogat: *Quonam utar exemplo?*

349. Δοκῶ βροτοῦσθαι καὶ πάλιν τὸν δεσπότην·

χαίρων ὁ πεμφθεῖς, ἡ κόρη θαμβουμένη
ὥσιν τὸ πνεῦμα, πατρὸς ἡ χεῖρ ὑψόθεν.

Ἦκουσα πάντως καὶ τὸ 'χαίροις' ἀγγέλου,
εἰ μὴ τὸ πρᾶγμα καὶ πάλιν λαθεῖν ἔδει.

Non intellego, quid sibi velit vs. 5 καὶ πάλιν, quod male pedem intulisse videtur e vs. 1. Fuit, ni fallor:

εἰ μὴ τὸ πρᾶγμα καὶ λόγον (= κ. τὸν λ.) λαθεῖν ἔδει.

Cf. 353. Χαίροις· τὸ ῥῆμα καὶ τὸ πρᾶγμα σοι λέγων. et 354. 'Χαίροις' ὁ νοῦς ἔφησας, ὃ τερπνοῦ λόγου.

369, 6. δίσκον δὲ ταύτης γαστρὸς ἡλίου νέος
ἐξαυγάσει σοι, δημιουργὸς ἡλίου.

Corrigendum videtur:

δίσκος δὲ ταύτης γαστρὸς ἡλίου νέος κτέ.

381, 1. Στέφανος ὄντως ὁ στέφανος μαρτύρων κτέ.

Non primum, sed quartum vocabulum est nomen proprium, itaque legendum ὁ Στέφανος Cf. 387, 1 et 4.

388, 1. Οἱ φῶτες ἐχθροί; τοῦ σκότους οἱ πρωτοστάται.

Ruit metrum, quare aut articulus ante ultimum vocabulum delendus, aut corrigendum οἱ πρωτοστάται.

404. Εἰς τὴν εὔρεσιν τῆς κεφαλῆς τοῦ προδρόμου.

Ὡς πρὶν θανοῦσαν, λύχνε, νῦν κεκρυμμένην
πηγὴν ἐλέγχων, οὕτω Χριστὸς θαυμάτων
τὴν σὴν κάραν τέθεικε τὴν πορνοκτόνου.

Caput Joannis Praecursoris sive Baptistae, quod postea inventum Christus miraculorum fontem reddidit, cur vocetur *scorti occisor* intellegi nequit. Interfectus est Joannes ab Herode suadente Herodiade, cuius probrosos mores ille exagitaverat (πηγὴν ἐλέγχων, cf. 415, 1. τῶν παθῶν μάχαιρα), itaque corrigendum τὴν πορνοκτόνου, i. e. *tuum occisi a scorto caput*.

Insuper malim τοῦ πορνοκτόνου, nisi forte minus proprie locutus (non enim caput, sed homo occiditur) serus versifex

alio accentu sensu passivo τὴν πορνόκτονον scripsisse censendus est.

406. σὺ Φῶς ὄντως καὶ Λόγου Φωνὴ λύχνος.

Deest syllaba, sive scriptum fuit Φέγγος, ut est 405, 4 ὄντως σὺ Φωνῆς γλῶττα καὶ Φέγγος λύχνου, sive aliter.

410, 4. καὶ ποτε τετραπόδων, ὀκτώ μογέοντα δαμείη
ἐνθάδε ῥιπτομένων ὀδμή διεγείρετο λυγρή.

Significat μογέοντα, si sic habet lapis, νοσέοντα.

417. Ζητεῖς μαθεῖν, ὀδίτα, τόνδε τὸν τρόπον;
ἀρχὴν ἀποσκόπευσον αὐτοῦ καὶ τέλος.

Nove τρόπος dicta est via. Num sanum? Conieci τρ[ι]β[ο]ν.

AD CAPUT IV.

25. Laudat Hedylus poeta Parisocleum quendam, strenuum potatorem eundemque bonum poetam, qui in vino ipso Theocrito suavius canat. Traditur apud Athenaeum in codd. vs. 3 sq.

Ἔστι δὲ δὴ πούλῳ στιβαρώτερος· ὡς δ' ἐπιλάμπει
ἢ χάρις· ὥστε Φίλε καὶ γράφε καὶ μέθυε.

edique solet e prava Jacobsii coniectura sine idoneo sensu:

ὥστε Φίλει κτέ.

Cum manifeste poeta Pasisoclei exemplo poetas hortetur, ut si quid boni scribere velint, prius vino sese ingurgitent, nescio an cum aliqua probabilitate conici possit:

ὥστε, Φίλε, πρὶν τι γράφειν, μέθυε.

32, 72.

ὀργάδα τ' ἄκραις
στηρικταῖ[ς] ζεῖδω]ρον ὑπερτείνουσα, βοαύλοις

μαλοκόμοι[ς τ' ἄνθοισ]αν· ἐπ' ἀφρίθεντι δὲ Νηρεὺς κτέ.
 Supplevi Mnem. 1882, 396 formam Aeolicam ἄνθοισαν = ἀν-
 θοῦσαν, quia verbum ἀνθεῖν de quavis abundantia usurpatur a
 poetis. — Ibidem vs. 14 non male Ellis pro ὑφάνασα cor-
 rexerit εὐφάνασα. Ad ἀνέλυσαν—νηδὺν l. l. contuli γαστέρα λῦ-
 σεν 1035, 9 (ap. Kaibelium).

37, 3. Αἰπειναῖς ἐλάταις ἔρισεν βάτος· ἢ μὲν ἔειπεν
 καὶ ναῦς καὶ νηὺς τεμνομένην τελέειν.

Accusativi sic positi pro nominativo, quem proba grammatica
 postulat, apud Byzantinos alia, ni fallor, reperiuntur exempla.

47, 20. εἰ δέ κεν ἡμερινή, τότε κεν βασιλῆες ἄτιμον
 ἔσσουνθ' ἡγεμόνες τε θεῶν διομηνίῃ ἐχθρῶν.

Absurdum vocabulum vitio natum est. Codex Medicus habet
 διὰ μηνίης, unde corrigo:

ἔσσουνθ' ἡγεμόνες τε θεῶν διὰ μήνιας ἐχθρῶν.

51. Χαῖρε, μάκαρ, πολύολβε θεῶν, Ἵππεῖον, ἀπάντων.
 Πάντων γὰρ Φίλος ἔσθλός [ἔων] πρόμος ἐνθάδε ναίεις.
 πατρίς ἐμῆ [π]οιεῦ [σχ]ῆ [π]άν[τ]α γε πλ[ού]σια, καρπούς.

Absurda sunt vs. 3 editoris supplementa. Nam Graecum non
 est πάντα σχεῖν πλούσια, inaudita structura ποιεῦ σχῆ et sensu
 cassum γε. Ex apographo ΠΑΤΡΙΣΕΜΗΡΟΙΝΕΤΕΚΗΛΑΝΡ-
 ΑΠΕΠΑΛΗΣΙΑΚΑΡΠΟΥΤΣ nihil certi extundi potest. Lusi:

πατρίδ' ἐμῆ ἐπίνευε σὺ μέτρ' ἀπερείσια καρπού.

52. Huius ΔΙΟΡΗΑΝΤΙ ΣΡΗΕΤΤΙ hymni in Aesculapium vss.
 1—20 scripti sunt anapaestico metro, cuius haec est proprietas,
 ut singulorum membrorum pes ultimus iambus sit, praeter vs.
 2, qui est catalecticus

Ἄσκληπιέ Λητοῖδου παῖ,

qui sic scribendus est:

Ἄσκληπιὲ Λητοῖδου παῖ.

Nam in primo tantum pede pro anapaesto admittitur etiam spondaeus, reliqui duo puri sunt anapaesti. Labuntur numeri vs. 18

σὲ γὰρ θεοὶ οἱ πανυπεύροχοι κτέ.

Sed corrigendum :

σὲ γὰρ <οἱ> θεοὶ οἱ πανυπεύροχοι.

53. Huius MACEDONII hymni vss. 1 sq. admodum quidem incerta nec ob metrum valde commendabili coniectura sic explere conabar :

Δήλιον εὐΦαρέτρα[ν ὕμνεῦντες] εὐΦροني θυμῷ
εὐΦημεῖτ' ἰκτῆρα κλάδον παλάμαισιν ἔχοντες,

sed nunc praefero: ἐκατηβόλον]εὐΦροني θ. Tertium vero distichon ita refercio :

ἀργαλέων] ἐπιτάρροθον ὅν ποτ' ἐγείνατο νούσων
δειλαίης τε] δύης Ἄσκληπιὸν εὐΦρονα κοῦρον.

Ubi numeri suadent potius ὅν ποτε γείνατο.

Finitur hymnus hisce versibus :

Σῶζοις δ' Ἀτθίδα, Κεκροπίαν πόλιν, αἰὲν ἐπεργός·

Ἕπιος ἔσσο, μάκαρ, στυγεράς τ' ἀπέρυκε νόσους νῶν.

Sed recte sic emendatum esse dubito pro ΝΕΩ, quod lapis habere dicitur. Fortasse potius corrigendum ΛΕΩ, a *porulo*, pronuntiandum per synisesin, qua Attica voce pro λαοῦ antiquior sane poeta in versibus heroicis abstinuisset.

54, 5. δύσνοστον πλώοντα ῥόν κελανόν τε δίαυλον.

Pro hac Meinekii coniectura (nam κελανός pro κελαινός vix Graecum est) revocanda codd. Origenis lectio κελάδοντα.

55, 5. πολλοὺς (non πολλοῖς) φυλάττου voluit Salmasius.

57. 58. Hae sententiae ex comoedia Attica nova peti potuerunt.

59. Haec inscriptio manifeste duas diversas continet sententias, priorem hanc :

Τῆς τοῦ προσιόντος ἀνδρὸς ἐννοίας ἀεὶ
σαφῆς ἔλεγχος ἢ πρόσοψις γίνεται,

alteram hance:

Δίδου προθύμως ὃ παρέχεις, ἢ μὴ δίδου·
παρὰ γὰρ τὸ μικρὸν γίνεται πλήρης χάρις.

63, 4. Suppleri potest:

Ὅσσα θέλεις, πράξεις· εὐρήσεις [πάνθ' ὅσα δίζη.

sive ζητεῖς *manis*, saepe enim apud seros hos versifices littera
Z non facit positionem. Rectius autem hos *vss.* et praegressos
(62) Kaibel posuit inter oracula.

64, 1. Δήσω ἐγὼ Σωσίκλειαν κα[ὶ κ]τήματα καὶ μέγα κῦδος.
Ut exeat hexameter, delere possis pronomen, quod addiderit
lapidarius deceptus vs. 3tio:

Δήσω ἐγὼ κείνην ὑπὸ Τάρταρον ἠέρβεντα.

Σωσίκλειαν pronuntia Σωσίκλεαν. Cf. ad III, 69. Similiter III
120 πορείαν habet anapaesti mensuram. Fortasse tamen nullus
subest error, sed Δήσω ἐγὼ—καὶ κτήματα κτέ. est formula, cui
pro re nata quodlibet nomen inserebatur.

66, 1. Περπούρου τὸ πρόσωπον ἐμοὶ προσιόντος ἀπαρκεῖ,
οὐκέτι δ' ἐξόπισθεν καὶ παριόντα βλέπω. κτέ.

Ἐξόπισθεν metrum turbat, καὶ παριόντα sententiam. Corrige:

οὐκέτι δ' ἐξόπιθεν αὐτ' (αὐτ'?) ἀπιόντα βλέπω.

68, 4. Lege: ὡς γέγονας, ἔθελες δ' ἢ (δὲ vit. typ.?) καθαριζέμεναι.

71. Αὐτοῦ μοι, Κλεύβουλε, παρὰ στροφάλιγγα θυραίων
κλεπτομένης χάρισαι Κύπριδος εὐφροσύνην.

B[ρί]ξαι ἔρωσ οὐκ οἶδε ποθοῦμενος· ἢ γὰρ ἀνάγκης
μίξις προστίμοις ἐνδέχεται πάθειν.

Καὶ γὰρ Ζεὺς θεὸς ἦν· ἀλλ' ἠνίκα καιρὸν ἔκλεπτεν,
αἰετὸς ἢ δαμάλης ἢ κύκνος ἐβλέπετο.

Secundum distichon misere depravatam sic tento:

Ῥῆξαι (?) ἔρωσ οὐκ οἶδε πόθου μένος· ἢ γὰρ ἀνάγκης
μίξεις ἀτίμους ἐνδέχεται πάθεισιν.

Frangere (domare) enim nescit Amor desiderii vim; nam profecto (physicae) necessitatis affectibus cogitur ut etiam turpes coitus admittat. Quam rem poeta illustrat Iovis exempli, qui in amoribus suis turpes formae mutationes non sit aspernatus. Πόθου μένος debeo Meinekio, sed ῤῆξαι posui admodum dubitabundus, ignorans quid habeat codex. Dicere enim hoc neglexit editor.

75, 75. ἄλλην (sc. πηγὴν) καθαρτικὴν δὲ
χυμῶν μόνον θρυλλοῦσιν.

Via sanum est μόνον; lateatne κακῶν an aliud, dicere non audeo. Praeterea in eodem SILENTIARIUM carmine de miris fontium proprietatibus offendo in vss. 83 sqq.

Ἰλβος δὲ πηγῆς ἐστὶ
Φύσιν κάτω τὴν κούφην,
ὀλκὴν δὲ τὴν βαρεῖαν
ἄνω φέρειν ὡς ἄχνην.

Nisi forte (quod contextus suadet, coll. 57—59. 68. 73. 75. 77. al.) pro Ἰλβος scribendum est ἄλλης, cogitandum saltem est ἄλλης, et Ἰλβον (?) eam fontis proprietatem vocasse existimandus est poeta, quod res graves, ut pecunia et metalla, pretiosiores esse solent levibus, quae aqua non submerguntur, sed ei supernatant. — Vs. 169 εἶδος non est *genus* (Cougny), sed *forma* sive *species*.

78. Hoc epigramma, iam lectum II 571, male h. l. repetit editor, idque cum vitiosa lectione πόνων pro πολλῶν.

79, 3. ἴσῃς ἄδικος τελέθεισ, Ἄρες· ὅς γ' ἐν ἑαυτῷ κάρτος
κρείττοσιν οὐ παρέχεισ, πῶς ἑτέροις δικάσεισ;

Iniuria Piccolus coniecit *αὐτῆ*. Ludit enim poetulus in duplici vi vocis APHC, quae simul *belli deum* et *bellum* s. *proelium* significat, ita ut *ἐν ἑαυτῷ* sit *in pugna*. Pessime Cougny »qui quidem in te ipso *habens* robur melioribus non praebes”, nam addito *habens* iugulatur sententia, quae minime est obscura.

84, γ'. Ξέρξης δὲ πάλιν δυσὶν ἠττηθεὶς μάχαις
πέπεικεν ἡμᾶς ἀδικεῖν μὴ τὸν πέλας.

Sensu cassum est *πάλιν*. Byzantinus poetaster doctrinam suam ostentans dedit, si quid video, *παλήν* (pro *βαλήν*), *τεπ*, quod sumsit ex ipsa Persarum fabula, in quam hoc epigramma panxit. Similiter Bergk supra I 183, 6 *παλήν* pro *πάλιν* restituit probante Kaibelio pag. 311, coll. Schol. Aesch. Pers. 659. ΠΑΛΙΝ nihil aliud est quam mala orthographia pro ΠΑΛΗΝ.

85, 5 sq. Corrigo:

καὶ μὴν εὐφρονέων τις ἀγά[σσειται] δαίδαλα ἔργα
τῆσδε (sc. Γαληνοῦ βιβλίου) μαθὼν ὅσα πλέξε φύσει
[<δ>] θεός.

Vulgatur sine metro et sensu *ἀγαθὰ* et *φύσει θεός*. Ἄγασσεται, pronuntiatum (et fortasse scriptum) *ἀγάσσετε*, apud Byzantinos ultimam syllabam corripere potest. Vid. ad 132.

95, 2. ἀλλὰ μελιτόεσσαν ᾠδίνει χάριν.

In versu politico (cf. vs. 1) metrum non indiget longa syllaba, quare legendum *μελιτόεσσαν*.

101, 18. Στῆθι, πέραν μὴ ζήτεε, δυσβατόν ἐστι τὸ πόρσω,
καὶ γε σοφοῖς πᾶσιν τ' ἀσόφοις κενὸς ὅς
[γε ματεύσει.

Paene ad verbum haec sumta sunt e nobili Pindari loco VI. III extr.: τὰ πόρσω δ' ἐστι σοφοῖς ἄβατον κἀσόφοις. οὐ μιν διώξω· κενὸς εἶην; unde apparet editorem Parisinum male verba dis-

tinxisse et intellexisse. Deleta virgula post *πέρσω*, distingue :

ἀσόφοις. κενός, ὅς γε ματεύσει.

104, 5. Obtemperare debebat editor Cramero scribenti *πῶς* pro *πως* cum interrogandi signo post *ἀγγλῆν* (9); quod ipse dedit falsum esse evincunt vs. 10 sqq. — Vs. 12 vitio vacans male tentatur a Cougnyo. — Vs. 14 cum Piccolo scribe :

Ἄλλὰ μ', ἄναξ (pro με καί) ἐλέαιρε καὶ εἰκόνα θεῖαν ὀδδύοις.
Quid sibi velit ὀδδού, quod posuit C., ipse videat. Sequitur :

δεξιτερῆ ποτ' Ὀλυμπον ἀνάτροπον, ἔνθα θῶκος
μακραίων ὀσός, κτέ.

Pro ἀνάτροπον, quod procul dubio corruptum est, Cougny proposuit ἀνάστροφον, *reversum*, licet solum adverbium ἀναστρόφως, *vice versa*, agnoscant lexica. Nec quem sensum idoneum haec mutatio praebere possit equidem assequor. Dubitabundus conicio δεξιτερῆν ποτ' Ὀλυμπον ἀν' ἀτραπόν κτέ., i. e. *dextra* (fausta) *semita* sive ἀν' ἀτροπόν, de qua forma vocabuli cf. Kaibel pag. 190 (ad. 457), sed vide me ad II 703. Notandum θεῖαν dictum pro θείην, ut δῖαν, quod substituere non ausim.

107. Καὶ ζῶν ἐγὼ σε, μάρτυς, ἐπλούτουν σκέπην,
χειρὸς δὲ τῆς σῆς καὶ θανῶν ἐδεξάμην.

Ex altero versu, ubi σκέπην mente repetendum est, satis apparet, quod etiam per se probabile est, in priore legendum esse σῆν—σκέπην, nec ferri posse editoris interpretationem. Ad structuram verbi πλουτεῖν cum accusativum cf. Thesaurus.

111, 1. Οὐτιδανὴ χεῖρ νεῦρα δ' ἀπέτμαγεν, κτέ.
Malim νεῦρά μ' ἀπέτμαγεν.

113, 1. Δόξαν μεγίστην τοῦ Θεοῦ δεδορκότες
ἔχοντες ὄμμα καὶ χέρας ἐπηρμένους
ἄβραντες εὐλογεῖτε τὸν παντεργάτην, κτέ.

Si ἄραντες habet lapis, significat *profecti*, quod vix aptum videtur. An forte in lapide est ἄΠαντες?

116 α'. Ὅρ... Φύλασσε τοῦ νοδῶ σου τὰς Φρένας, κτέ.

Bandini »Reliquas huius primae vocis litteras evanescentibus minime expiscari licuit". Attamen τοῦ νοδῶ ταῖς Φρεσίν id facere licebat; nulli enim alii vocabulo sic incipienti locus est quam adverbio ὀρθῶς.

Ibidem δ', 10

μὴ μάχαιρα τῆς δίκης

στίλβουσα καὶ τέμνουσα ῥομφαίας πλέον

σφάξι Φάγη τε μέχρις αὐτῶν ὀστέων κτέ.

Licet mire dictum sit de gladio Φάγη et in promptu sit coniectura παγεῖσα, noli tamen in inepto hoc ΕΥΣΤΑΤΗΙ Iconiensis poematio quidquam novare. Cum gladio Graece tribuatur στόμα, metaphora tolerabilior est quam prima facie videtur.

132. Χάζεό μοι, βασιλεῦ, καὶ ἄπνοα πέφρικε ῥεῖθρα·

ἄψομαι καὶ (= κ') οὐρανίων ἀγνοτέρης κορυφῆς.

B. Χάζεο σοῦ βασιλῆος, καὶ σθένος ὑστατα δείξω,

νῦν δὲ ὄλην ἐφετμὴν ἀνδρομένην τελέθω.

Verba obscura, sed tamen apparere videtur, initio corrigendum esse: Λάζεό μ', ὦ βασιλεῦ, κτέ.

Nempe peccator Christum orare videtur, ut manu ipsumprehendat; ita enim sedari vitae procellas, et spem esse, fore ut rerum coelestium puriorem verticem attingat. Vs. 2 pronuntia ἄψομε. Vs. 3 sq. respondere videtur peccatori Christus: »Si a (me) rege tuo recesseris, vim meam (et iram) tandem experiere; nunc vero (cum opem meam imploras) quidquid homo a me petis exsequor." Ad vs. 3 cf. 136, 4.

143, 2. Nisi forte hi versus sunt politici, transponere poteris:

Φωτὸς τρίτου Φώτιζε τὸν τριττὸν ζόφον

pro τρίτου Φωτός, ut facili errore scribere potuit librarius propter versum praecedentem:

πρώτου Φάους ὦν δεύτερον θεῖον σέλας.

At saepe in seris his reliquiis Byzantinis similiter ambigas cautelamque suadent loci, qualis est v. c. cap. V ep. 54, in quo vide vs. 3, 5 sq. et 17.

AD CAPUT V.

6. Τίπτε δεδάκρυσαι, Φίλε Σώκρατες; ἢ σ' ἀνακινεῖ
στέρνοις ἐνναίων σκαπτοῖς (sic) πόθος, ὄμμασ'
παιδὸς ἀνικήτου κτέ.; [ἐλασθεῖς

Annotat Cougny »vs. 1 vulgo ὄμμασιν ἐλασθεῖς, claudicante »metro; correxi; fortasse legendum θλασθεῖς, sauciatus." Unde tandem haec arripuit? Habet enim tam Schweighäuseri quam Kaibeli editio Athenaei (V 219 E) e codd., ut arbitror, σκηπτὸς πόθος et ὄμμασι θραυσθεῖς, pro quo Emperius coniecit ὄμμασι πρησθεῖς, defendit vero Meineke dictum scil. pro θραυσθέντα, *oculorum splendore vulneratum*, quam anacolutiam illustravit in Praef. ad Com. IV p. 10. Si quid mutandum, conici poterit:

ἢ σ' ἀνακινεῖ
στέρνοις ἐνναίων σκηπτὸς πόθου (cum Iacobsio) ὄμμασ'
παιδὸς ἀνικήτου. [ἐναυσθεῖς

18, 2. Φαίδων δὴ Φύκια τ' αἰνεῖει καὶ

Χορδᾶς δὲ ψάλτης· ἔστι γὰρ ὀψοφάγος.

Ita, si dis Musisque placet, Cougny in hoc HEDYLI fragmento correxit codd. Athenaei verba Φαίδων δὲ Φύκει' αἰνεῖ καὶ κτέ., licet noverit egregiam Iacobsii emendationem ἐνεῖται, qua recepta Kaibel edidit:

Φαίδων δὲ Φύκι' ἐνεῖται κτέ.

69. Supplendum :

ὧν <καὶ> καθ' εἰς ἕσωσεν ἀνθρώπων ἕθνος,
 νῦν πάντες οὐ σώσουσι Μιχαήλ μόνον.

Quem non esse operarum errorem, ostendere videtur versio
 Latīna.

AD CAPUT VI.

Nonnulla oracula Graeca tentavi Mnem. XIV n. s. p. 41—49.

8. Εἰς πόλιν, ἣν κτίσητε, θεοῖς σέβας ἄφθιτον αἰεὶ
 θεῖναι, καὶ Φυλακαῖς τε σέβειν θυσίαις τε χοροῖς τε κτέ.

In hoc, Dardano quod datum fingitur, oraculo apud Dionysium
 Hal. Ant. Rom. I, 68 non satis expedio, quid sit Φυλακαῖς
 σέβειν θεούς, quod de observandis deorum institutis vix accipi
 posse videtur. Venit in mentem coniectura:

καὶ σφεας αἰεὶ σέβειν θυσίαις τε χοροῖς τε.

vel: καὶ τελεταῖς τε σέβειν κτέ.

20. Ὡ γῆς ἀκρόπολιν πάσης Πελοπηίδα κλεινὴν
 ναίοντες, πρέσβεις τε βροτῶν πάντων καὶ ἄριστοι,
 Φράζεσθ' ἐξ ἐμέθεν χρησμὸν θεοῦ, ὅττι κεν εἴπω·
 Ζεὺς ὑμῖν τελετῆς μῆνιν ἔχει ἣν διέχρησεν,
 οὔνεκ' ἀτιμάζονται Ὀλύμπια πασιάννακτος
 Ζηνός. κτέ.

Διαχρᾶν ne Graecum quidem verbum esse videtur. Sententia
 requirit iram ob (neglectos) ludos sacros, quos instituit aut de-
 crevit, quo sensu haud inepte conicias ἦν περ ἔκρηεν.

36 β, 2. Οὗτος μὲν Τάφιδος τοι ἀνήροτος, ἥδε δὲ Χαλκίς,
 ἥδε δὲ Κουρήτων <, οὔρων Διός, > ἠἰερά χθῶν.

Sic lacunam explere conatus sum. Οὐρων saltem (i. e. Φυλάκων) post κΟΤΡητΩΝ facile elabi potuit. Male Cougny pro ἦδε bis dedit ἦδέ.

38. Ἦ σο μέσση κατὰ νῆα, κυβερνητήριον ἔργον
εὐθύνων· πολλοί τοι Ἀθηναίων ἐπίκουροι.

Hoc oraculum datum Soloni (Plut. in vita) obscurissimum est. Nondum displicet, quod olim in Mnemosyne ad Plutarchi vitas proposui:

Μὴ σὺ (scil. ἦσο) μέσση κατὰ νῆα· κυβερνητήριον ἔργον
[[sc. ἐστίν)
εὐθύνειν· πολλοί τοι Ἀθηναίων ἐπίκουροι.

42, 5. Οἶά τ' ἀνὴρ ἔρξει, τοῖον τέλος αὐτὸν ἰκάνει.

Syntaxis postulat aut ἔρδει, aut, quod hic praetulerim:

Οἶά τ' ἀνὴρ ἔρξει, τοῖον τέλος αὐτὸν ἰκάνει.

48, 3. Veram lectionem habemus 49, 4, ut recte Stephanus 49, 2 correxit ex 48, 2. Ceterum ἐς pro ἐν demonstrat seram oraculi originem.

54. Hoc oraculum quo pacto emendandum sit pluribus exposui Mnem. XV pag. 47.

75. Ἐρμῆς τ' Ἀλκίδης (i. e. Ἀλκείδης) καὶ ἰμαντομάχος
[Πολυδεύκης

οἱ τρεῖς ἀθλήσαντες ἀνακτῆσουσί σε, Θήβη.

Annotat editor »ἀνακτῆσουσι (Müller ἀνακτῆσουσι); ἀνακτάω »thesauro deest, cuius, sicuti vocis κτάω, nullum aliud occurrit »exemplum." At sine controversia emendandum:

οἱ τρεῖς ἀθλήσαντες ἀνακτικουσί σε, Θήβη.

i. e. denuo te condent.

87, 3. Ex Diodoro recipiendum fuerat ποτικλύζη pro soloeco optativo.

110. Εἴκοσι νῆας ἔχων Ἰταλὴν ἀναβήσεται αἴαν,
εἴ γε μία πόντων νηῦς ὀλοὸν περᾶα.

Sic Casaubonus Graece reddidit oraculum:

*Bis denis Italum conscendet navibus aequor,
si tamen una ratis transsiliet pelagus.*

Propius accedes vertendo:

Εἴκοσι νῆας ἔχων Ἰταλὴν ἀναβήσεται ἄλμην,
εἰ μία μούνη νηῦς ἐκπερᾶα πέλαγος.

114, 1. Δαμάσοι pro δαμάσσει, quod tam metro quam sententia postulatur, operarum errorem esse crederem, nisi contrarium appareret e versione Latina.

119. Unice veram lectionem, quam e Philopono *de mundi creatione* ipse Cougny affert, receptam oportuit.

120, 27. Lege ὄσσοισιν δέρκεσθαι ὑπαὶ (pro ἀπαὶ) σκοτίας λυγαίας.

122, 2. Οὐκέτι Φοῖβος ἔχει καλύβαν, οὐ μαντιδα δάφνην,
οὐ πάγαν λαλέουσιν· ἀπέσβετο καὶ λαλὸν ὕδωρ.

Neque ἀπέσβετο Graecum nec καὶ aptum est. Corrige, si nemo adhuc correxit: ἀπέσβεσται λαλὸν ὕδωρ. Ἐσβεσμαι et ἐσβέσθην dicebat faex Graeculorum pro ἔσβηκα et ἔσβην.

129, 6. θάμβος δ' ἔχεν εἰσορόωντας,

δαίμονος ὀρνυμένου κρυερὸν δέμας οἰστρηέντος,

καὶ νύ κε πάντας ἔμαρψε τέλος κρυεροῦ θανάτοιο, κτέ.

Κρυερὸν vitio natum videtur e sequenti κρυεροῦ. Fuit, nisi fallor, στυγερὸν δέμας οἰστρηέντος.

140, 3 sq. Versuum obscurissimorum et male tornatorum haec sententia videtur: *Summus deus ab inferioribus deis conspici nequit, nisi ipse ita decreverit.*

145, 3. Μυρία μὲν γαίης μανθία θέσκελα νώτω
ἰβλύσθη, πηγαί τε καὶ ἄσθματα δινήεντα.

Melius intellegam νώτων, i. e. ἐκ νώτων.

149, 7 αὐτίκ', ἐρημαῖος δὲ λελείφεται οὐδὲς ἀφήτωρ.

Non intellexit serus poeta Homericum ἀφήτωρ, quod ἀπὸ τοῦ ἀφιέναι τὴν Φωνήν ductum putavit. Homerice scribere potuerat: ἐρημαῖος δὲ ἀφήτορος ἔσσεται οὐδὲς.

162, 2. βάνατε καὶ γραμμὰς ἀπαλείψατε, καὶ γε μύλοιμι.

Imo καὶ κε μύλοιμι.

185, 2. Recipienda fuerat certa Dübneri correctio ἀγνὸν pro ἀγαθόν.

186, 1. Εἰμί θεός τοῖος δὲ (l. τοῖσδε) μαθεῖν, οἶον καὶ γὰρ εἶπω.

Imo οἶόν κε σοὶ εἶπω.

188. Πρῶτα θεός, μετέπειτα λόγος, καὶ πνεῦμα σὺν αὐτοῖς,
πάντα δὲ σύμφυτα [ταῦτα] καὶ εἰς ἐν ἔντα [τέτυκται],
οὗ κράτος αἰώνων· ποσὶν ὠκέσι, θνητέ, βᾶδιζε·
τὸν βίον ἄδηλον διανύων, [σοῦ πολὺ κρείσσων].

Ita oraculum Aegypti regi Thulidi datum apud Cedrenum Hist. comp. I p. 20 et apud Suidam s. v. Θουλις constituit suppletiveque Mornæus. Cum autem Thulis quaesiverit: τίς πρὸ τῆς ἐμῆς βασιλείας ἐδυνήθη τσαῦτα ἢ τίς ἔσται μετ' ἐμέ; apparet plura deesse. Parum autem satisfacit et numeris redarguitur duorum ultimorum versuum correctio pro οὗ κράτος αἰώνιον· ὠκέσι ποσὶν βᾶδιζε, θνητέ· ἄδηλον διανύων βίον. Suspicio:

οὗ κράτος ἀίδιον (αἰώνων?)· ποσὶν ὠκέσι, θνητέ, βᾶδιζε,
διανύων βίον ἄζηλον

De prima hexametri syllaba producta saepius monui. Vs. 2
 εἰς ἐν ἰόντα ista aetate non sollicitandum nec coniciendum
 ε. ε. ἰόντα.

194, 3 ἀλλ' ἀπὸ παγκράτιο νόου πατρώθεν κατιούσα
 αἰὲν ἀληθείης σελαγίζεται.

Operarumne errore pro ἀληθείη?

200, 3 sq. Bene haec correxit Wolf. Cf. annot. Primum autem
 vs., in quo metrum ruit, sic legerim: Τίς βροτὸς οὐ πεπόθηκε
 χαρακτῆρας πάσασθαι χρυσοῦ κτέ., i. e. κτήσασθαι, pro ὀπά-
 σασθαι.

201. Οὐ λαλέω, κλείσω δὲ πύλας δολιχοῖο Φάρυγγος.
 Potior lectio fuerit κλείω. Reliqua bene curavit Wolf.

203, 1. μετὰ σῶμα προβαίνει editori est »corpore antecellit.”
 Infra 258, 2 eodem sensu, qui hic requiritur, plenius dictum
 est μετὰ σῶμα μαρνανθέν. Hoc quoque oraculum rectius tractavit
 Wolf. Cf. annot.

217, 1. Ἄ βασιλεῦ Θρηκῶν, λήψεις πόλιν κτέ.
 Dindorf in Thesouro »λήψω raro vel apud recentissimos, ut
 »ap. Georg. Pachym. Andronic. p. 64 B προλήψετε, si vera
 »scriptura”. Hic quoque dubito. — Vs. 20

τριχὺ παρ' ἠπείρου πλευραῖς ἐπαΐσσεται ἔλκος,
 καὶ μέγα οἰδήσει, ταχὺ δὲ βαγὲν αἰμορροήσει.

Metrum certe postulat αἰμορροήσει et sine hiatus malim μέγ'
 ἀνοιδήσει, addita lineola, qua littera N significatur. In 221, 2
 ὕπ' ἀγροῦ procul dubio est typ. vit. pro ἀπ' ἀγροῦ.

225, 18 καὶ κρεῖττον ἄρξεις τῶν ἔθνων, εἶπερ πάλαι.
 Deleta virgula, corrige ἦπερ. Vs. 7 cum Piccolo legendum πῦρ
 ὕστατον.

227. Θριασίῳ ἦρψ ἐπὶ βωμοῖς ἱρὰ καμόντες
 ὄρκον πιστώσασθε, καὶ ἦν ἐπὶ πατρίδ' ἴκεσθε,
 παῦλάν τοι καμᾶτοιο καὶ ἀνέρες ἀντιπάλοιο
 ἔσκετε, θρησκεύοντες ἀεὶ θεόν, ὡς σε κελεύω.

Petivit haec editor ex 'Αθηναίῳ VI 151, qui liber praesto mihi non est. Sed quidquid est in lapide, dubium non est, quin ἴκησθε et ἔξετε (fortasse scriptum εκσετε) sint verae lectiones. Ad illud quod attinet, in infimae aetatis titulis etiam alibi E pro H scriptum offendi.

251. Λάιον ἀμφὶ Δράκοντα πολὺν ποτε λαὸν δλέσας.
 Infelicem suam coniecturam λάιον melius reticuisset Cougny, et curasset ne corrumpetur scriptura oraculi 255, ubi ἀλεύδμενον edidit pro ἀλευάμενος.

259. Longe melius edidit Kaibel n^o 1036.

261, 6. Σὴ γὰρ ὑπὲρ κόσμον τε καὶ οὐρανὸν ἀστερόεντα
 χρυσῆ ὑπέρεκται πολλῆ αἰώνιος ἀλκή,
 ἥς ὑπερῴρησαι ὀρίνων Φωτὶ σεαυτόν.

Manifeste corrigendum ἦ vel ἦ γ' ὑπερῴρησαι, scil. ὑπὲρ κόσμον κτῆ.

262. Μὴ τι πελώρια μέτρα γύης ὑπὸ σὴν Φρένα βάλλου,
 μηδὲ μέτρει μέτρῳ ἡελίου κανόνας συναθροίσας·
 αἰδίου βουλῆ Φέρεται πατρός, οὐχ ἔνεκεν σοῦ·
 ἀστέριον προπόλευμα σέθεν χάριν οὐκ ἐλοχεύθη.

Dehortari videtur oraculum ab opera navanda geometriae et astronomiae, sed vs. 2 non magis intellego quam versionem Latinam »neque metire mensura solis regulas collectas.» Facile vero intellegam:

μηδὲ μέτρει μέτρον ἡελίου, κανόνας συναθροίσας.

263. Οὐ σε θέμις κτείνειν δῖον γένος ἐστὶ βέβαιον,
 ἔγγονε θειοπρόπων· ὁ δ' ἐκούσιον ἄν κατανεύσῃ
 χέρνιβ' ἔπι, θύειν τδδ', ἐπίσκοπε, Φημί δικαίως.

Corrigendum: ὁ δ' ἐκούσιον ἄν κατανεύσῃ
 χέρνιβ' ἔπι, κτέ.

i. e. quod vero pecus voluntarium venerit ad malluuias, cett.
 Ἄνυ(τ)εῖν et κατανύ(τ)εῖν saepe absolute usurpari, omissio δδόν,
 notum est. Ioculare est de pecore dictum κατανεύειν.

264. In oraculo Vergiliano Constantini iussu Gaece verso
 cum alia depravata sunt, tum valde laborant vs. 29 sqq. sic
 scripti apud Valesium:

πρῶτον μὲν ἀνθερίκων ξανθῶν ἤγοντα (sic) ἄλωαί,
 ἐν δ' ἐρυθροῖσι βάτοισι παρήγορος ἤλδανε βότρως,
 σκληρῶν δὴ πεύκης λαγόνων μέλιτος βέε νᾶμα.

Horum versuum primum Cougny »emendavit, ut potuit''

πρῶτον μὲν δῶρ' ἀνθερίκων ξανθῶν ἤγοντ' ἄλωαί,

nec septem pedum hexametro nec trochaeo pro spondaeo aut
 dactylo posito deterritus. Ex ipsius autem Constantini interpre-
 tatione τούτεστιν ὁ κάρπος τοῦ θείου νόμου ἤγετο εἰς χρεῖαν effi-
 cias eum legisse:

πρῶτα μὲν ἀνθερίκων ξανθῶν ἤγοντο ἄλωαί,

quamquam quis credat ἄλωαί recte de ipsis frugibus dici potuisse?
 Intellegerem:

πρῶτα μὲν ἀνθερίκων ξανθῶν πλήθοντο ἄλωαί,

i. e. agri fiavebant aristis, et vs. 31 libenter scripserim:

σκληρῶν δ' ἐκ (pro δὴ) πεύκης λαγόνων μέλιτος βέε νᾶμα.

Vs. 35 Τίφυς, non Τίφυς, scribendum. Vs. 39 sqq. editur:

οὐχ ὄσιοι αὐτοῖσιν ἀλιτροτάτοισιν [ἄλᾶσθαι],
 Φυομένων ἄμυδις γαίης ἄπο πῖνοι μέτρῳ,
 αὐτὴ δ' ἄσπαρτος καὶ ἀνήροτος, οὐδὲ μὲν ἀκμὴν
 ὀτραλέου δρεπάνοιο ποθησέμεν ἀμπέλον οἶμαι.

Ope verborum Vergilii cedit et ipsi mari rector nec nautica

pinus || *mutabit merces: omnis fert omnia tellus suspiceris prima verba fuisse:*

οὐχ ὄσιον ναύταισι κτλ.

Rectissime autem habet vs. 42 *ποθησέμεν*, pro quo (risum tenetis!) Cougny coniecit *παθησέμεν* (sic), »quia Vergilius dixit *non rastros patietur humus.*” Hoc demum est emendare!

269, 5. Ἄλλ' αὖ δ' ἐξ ἄλλου γεννάμενον ἢδ' ἀναβλαστόν,
ψυχοῦται γονίμου φύσεως ἀροτρεύμασι καινοῖς.

Num haec revera tam barbata scripta leguntur apud Marinum in Procli vita, unde sumsit editor? Vix puto. Utut est, cadit in oculos hanc esse veram lectionem:

Ἄλλο δ' αὖ ἐξ ἄλλου γεγεννημένον κτέ.

AD CAPUT VII.

7, II, 2 τὰ δ' ἄφωνα βοὴν ἴστησι γεγωνεῖν.

Quantocius ex Athenaei codd. revocandum γεγωνόν.

8, III, 3 ἄφωνα δ' <ἀν τὰ δ'> ὄντα τοῖς πόρρω λαλεῖ.

Pro absurdo editoris supplemento post ὄντα cum Grotio insere ταῦτα.

32, XXVII. Licet singula in obscuro hoc aenigmate non expeditiam, ultimus versus

ἄφθογγον δέ τ' ἔόν γε, πολύφθογγον ἐξεφαάνθη.

mihī persuadet τὸ ξείνης φύσεως ζῶον (vs. 4) quod describitur, esse *testudinem*. In vs. 9 sq.

Ὅμματα δ' οὐ πάρος ὄψεται οἰγόμεν', οὐδὲ πορεῖς
ἡμμένον, εἴως λευκὴ κοιλίῃ ξνδον ἔπεστιν.

non curo pessimos numeros, sed sine dubio depravata est ultima vox. Apparet autem e vs. sequentibus hisce

αὐτὰρ ἐπὴν αὕτη γε κορροσσαμένη φαίνηται,
 ὀφθαλμοῖσιν ἀριπρεπὲς εἶδος ἔχουσα, τότε ἤδη
 δέρεται ὀμματα, ἐπειγομένως δὲ μνάομ' ὀδοῖο

de ventre non satiata et famelica sermonem fuisse. Cogitavi
 igitur de corrigendo:

εἴως λευκὴ κοιλίη ἔνδον ἐπείγει.

i. e. donec venter urget, vel ἕμ' ἴσχει, me retinet.

36, XXXI, 6 et 39, XXXIV, et 7 indicant formam Doricam
 ὄς = οὔς, de qua alia testimonia vide in Thesauri vol. V, 2419 A.

37, XXXII. Γραφίς.

Οὐδεὶς σπορεύς μου, καὶ φύω σπορᾶς δίχα·
 τρέφει με πέτρα, καὶ καλοῦμαι πρὸς τὸδε κτέ.

Vertit Cougny:

Nullus sator mihi et absque semine nascor,
 alit me lapis, atque ad hocce exornor.

annotans καλοῦν a griphi auctore nove fictum videri pro καλ-
 λύνειν. Equidem vertendum arbitror:

Nemo sator mihi, et gigno sine semine;

Educat me lapis, et (ab eo) vocor ad hoc (opus).

Gigno sine semine significare videtur *litteras gigno per atramen-*
tum. Pumex, qui terendo calamum scriptorium educatoris mu-
 nere fungitur, eum ad opus suum factitandum vocat. Ceterum
 melius poetaster scripsisset:

τρέφει με πέτρα καὶ καλεῖ με πρὸς τὸδε.

an scripserit, nescio. Hoc video mutationem esse perexiguam.

Audaciae si locus esset, suspicarer:

τριβεῖ με πέτρα καὶ καλεῖ με πρὸς τομῆν.

τέμνει σίδηρος· εἰς δέον τε λεπτύνας

ἄνῆρ χαραγμὸν εὐφυῶς ποιεῖ μέσον κτέ.

Sed de industria saepe obscuro sunt horum griphorum compo-
 sitores.

46, XLI. Εἰς τὴν ἐν οὐρανῷ Ἴριν.

Στοὰ ξύλων ἄμοιρός εἶμι καὶ λίθων,
 ὕλης τε λοιπῆς καὶ γῆϊνης οὐσίας·
 οὐδεὶς καταστρέφει με, καὶ παρατρέχω·
 οὐδεὶς ἐγείρει, καὶ συνίσταμαι πάλιν.

Cougny vertit »nemo me *circumagiti*, et praetercurro.” Ipsa oppositio hominem docere potuerat καταστρέφειν esse *destruere* et παρατρέχειν (praeterlabi) *evanescendi* sensu positum esse. Vs. 2 politicum esse dodecasyllabum numeri docent.

50, XLV. Aenigmatis *de favo* duo primi vss. sic scribendi:

πτηνόν με γεννᾶ, καὶ βροτῶν μαΐαν φέρω,
 οἷς πρέσβις οὐράνιος ἄπτιλος πέλω.

Nempe βροτῶν pro βροτὸν cum Boissonadio, οἷς pro οὖ meo marte correxi. *Mel*, quo apud veteres infantes nutriebantur, vocatur *hominum nutrix*, et favus propter mellis, quod continet, dulcedinem satis sane inepte comparatur cum nuntiis coelestibus.

53, XLVIII, 5 δύνω παρευθὺς ἡλίου λαμπαδῶνα.

»Λαμπαδῶν lexicis et ipso Thesauro deest.” Cougny. Si, quod vix dubites, recte est traditum, dorismus est pro λαμπαδῶνα.

APPENDIX.

I.

Bulletin d. Corr. Hell. a. 1887, 5. In insula Co. Edidit Pantelides.

α' Φοίβω καὶ Βάκχῳ μ' ἐπινίκιον ἴλαον αὐλοῖς
οὖνομα καὶ τεχνὴν πατρὸς ἐνεγκαμένου,
δῆμος ἐπέγραψεν Κῶων Δίνυσον ἀρίστων (, Ἀρίστων,?)
μάρτυρά σοι στεφάνων Ἑλλάδος εὐρυχόρου.

Prius distichon, mihi quidem obscurissimum nec fortasse satis recte descriptum, parum lucis accipit a sequenti epigrammate. Loquitur donarium, Bacchi simulacrum. Cf. β', 7 sq.

β' Ἀνφοτέρη σοφίη βοσίας(?) αὐλοῖσιν Ἀρίστων
Πυθοῖ κῆν Νεμέη κλῶνας ἐρεψάμενος,
καὶ πίτυν ἐξ Ἴσθμοῦ Παλαίμονι πυκνὰ λαλεῦσαν
ἀσπίδα τε ἐξ Ἄργους ἀνφ' Διδὸς κοτίνων
5 καὶ τὸν ἀπ' οὐκ ἀγρίου Παναθηναίοισιν ἐλαί[α]
νειφόμενον δώροις κρωσσὸν ἐνεγκάμενος,
χάλκεον ἀβροχίτωνα Θυώνης παῖδά με Βάκχον
Δωρίδος ἐκ πάτρης ἄνθεμα δημοσίῃ
Φοίβω κάμαυτῶ κεχαρισμένον εἶσατο τέχνης,
ἦν πατρὸς ἐκ Φιλίης αὖσαθ' (?) ὀμωνυμίας.

Multa hic quoque obscura sunt, nec quid tribus primis vocabulis, quorum duo priora dativi esse possunt, significetur omnino

intellego. Dicitur Ariston tiliarum cantu vicisse in ludis Pythiis, Nemeaeis, Isthmiis, Argivis et Panathenaeis. Argis autem victoriae praemium fuisse clupeum aeneum etiam aliunde satis constat. Sed vs. 4 corrupta sunt verba ἀνΦι Διδς κοτίνων, quae quin celent Olympicae victoriae mentionem dubitari nequit, quapropter legendum suspicor (coniecturae enim, quam praeferrem τόν τε Διδς κότινον, non favent traditae litterae) [κ]ἄγ[χ]ι Διδς κότιν[ο]ν, et prope Iovem (Iovis templum) oleagineν, i. e. oleagineam coronam, cui deinde opponitur οὐκ ἄγριος — ἐλαία vs. 5 (ubi ἐλαίας meo Marte dedi pro ἔλαι[ο]ς) unde fiebat oleum, quo plena donabatur urna picta victori in Panathenaeis. Cf. Pindar. Nem. X 35. Permire autem dictum est et vix sanum τὸν ἀπ' ἐλαίας νεϊφόμενον δώροις κρωσσόν pro [πληθ]όμενον, quod expectes, nisi forte latet [στ]ει[ν]όμενον. Vs. 7 sententiae subiectum est Ariston, qui publica auctoritate sacrasse dicitur aeneum Bacchi simulacrum, donarium tam Phoebō quam ipsi Baccho gratum, in memoriam artis, quam (Ariston) e cara patris nominis similitudine? Pro depravato αὔσαθ' quid reponendum sit alii quaerant. Tentans enim [πά]σαθ', i. e. κτήσαθ', vel [ε]ύ[ρ]αθ' non mihi satisfacio. Quid enim ars commune habet cum homonymia? Omnino opus est, ut lapis diligentius examinetur. — Vs. β', 3 de PALAEMONĒ cf. Paus. II 1, 3. 2, 1.

II.

Bull. d. C. H. XI, 387. Stratoniceae. Edidit G. Deschamps.

Ἐξ Ζακόρων Ζάκορος Φιλότείμῳ τε ἐκ Φιλοτείμων,
 Αἰνείου μεγάλου καὶ Παυλείνης Φίλος υἱός,
 Ζηνὶ πανημερίῳ ὑπάτῳ μεγάλθυμος Ἰάσων
 ἄμμυγα Πυθιάνη περικαλλεῖ τῇ συνομεύῳ.

5 ἑπτὰ ἔτη Φιλότείμα Κομύρια θύματ' ἔρεξεν,
 δαίτας Ἰσας παρέχων Ζηνὸς βουλαῖσιν Ἰάσων
 σὺμ Φιλίῃ τῆθι καὶ μητέρι καὶ συνομαίμῳ,

μητέρι Παυλείνη καὶ Μαμάλω εὐφροῖ τήθη
 Θεοφάνει τε κασιγνήτῳ Ζακόρῳ τὸ πρὶν ἀγνώ.

10 Δῶκεν ἔη πάτρῃ δηνάρια μύρια Ἴάσων,
 ἄξια προγόνων ἠδὲ γένους τελέων τὰ πάντα.

Ultima verba numeris carent, nisi forte epigrammatis recentis auctorem προγόνων pronuntiasse πρόγων et cum hiatus τελέων τὰ ἅπαντα (qui hiatus saepius apud seriores poetas reperitur) dedisse putamus. Versum enim hominem pangere voluisse arguit epica vox ἠδέ. Fortasse tria distinguenda epigrammata, quorum primum 1—4 continet dedicationem, secundum (5—9) commemorat Iasonis et suorum sacrificia, tertium (10 sq.) pecuniam, quam patriae suae Iason largitus est. — Templum Διὸς Παναμάρου, qui vs. 3 πανημέριος vocatur, anno 1886 detexerunt Gaston Deschamps et Georges Cousin in eoque reppererunt amplius quadringentos titulos. Iupiter ille et Hecate erant Stratoniceae di tutelares. Contulerunt editores Tacit. Ann. III 62. De Comyria (vs. 5), Cariae oppido, vid. Bull. XII 272 sq.

III.

Bullet. d. C. H. XII 246. Titulum exaratum sec. IV part. alt. a Chr. repperit in Laurii montis argentifodinis V. Berard et sic edidit:

Ἄτῶτας μεταλλεύς.

Πόντου ἀπ' Εὐξείνου Παφλαγῶν μεγάλθυμος Ἄτῶτας

ἦς γαίας (sic) τηλοῦ σῶμ' ἀνέπαυσε πόνων.

Τέχνη δ' οὔτις ἔριξε· Πυλαιμενέος δ' ἀπὸ ῥίξης

εἶμ', ὃς Ἀχιλλῆος χειρὶ δαμειὶς ἔθανεν.

Apposite editor attulit Dictyn Cretensem III 5: *Achilles Pylaemonem regem comminuis fudit*. Fabulae fons fuit carmen cyclicum, nam apud Homerum Menelaus Pylaemonem occidit. Sed iniuria idem comparavit locum Xenophontis *de Vectig.* IV 22 οἱ τῷ σώματι μὲν οὔτε δύναιнт' ἂν ἐργάζεσθαι, τῇ δὲ

γνώμη ἐπιμελόμενοι. Quippe in hoc epitaphio verba σῶμ' ἀπέ-
παυσε πόνων procul dubio intellegenda sunt de Atotae obitu,
quo laboribus liberatus est. Vide v. c. IV 82, 4. — Incunda
»in alterius, qui erat paris magnitudinis (long. 1,57, lat. »1,16; cras. 0,17), sed cum ianua demoliretur fractus est, frusto »maiore (1,10) hae litterae (κατὰ τὸ ἤμισυ ἀποκεκομμένα):

Ἰππίας ἀν Διομάχη ὕπνον Ἀνδρ(ρό),

»in minore vero:

μαχον.

»Apparet autem haec fragmenta esse lapidis sepulcralis, quo »conciso operae aedis usi sint ad ianuam construendam."

Metricam fuisse inscriptionem statim docet forma poetica τέτρατον, nec tamen prioris fragmenti numeros restituere possum. Male autem lectum esse apparet etiam ex nomine non Graeco Ἀετέων pro Ἀετίων, quod tamen cave substituas. Nam proprio nomini hic locus non est, sed vix dubito quin fuerit ἐτέων χρόνον (cf. Kaibeli Ep. 457, 6. 586, 3), licet verba sic restituta τέτρατον αὖξηθέν[τ'] ἐτέων χρόνον non intellegere me fatear et prorsus ignorem, quid faciam sequenti iambo ΟΠΑΙC. Quare melius expectandum est apographum.

Non magis vera esse potest lectio alterius fragmenti, ut demonstrat praeter voculam AN sensu cassam inauditum nomen Διομάχη. Nisi omnino me fallunt, pro ANΔΙΟΜΑΧΗ lapis habuit ΑΙΔΙΟΜΛΑΧΕΝ, et latet formula sepulcralis αἰδιον λάχεν ὕπνον. Quod si ita est, posterius fragmentum sic digerendum:

. . . . Ἰππίας (disyllabum) αἰδιον λάχεν ὕπνον.

Ἀνδρόμαχον

Nisi potius fuit ἈνδρομάχοϚ, ut sepultus esse dicatur Hippias, Andromachi filius.

LXXXVII.

Ἄρχ. Δελτ. a. 1890. m. Iul. pag. 103. Athenis in Musaeo archaeologico. Basis adiecta ex magno sepulcro Burbensi (in Attica) cum vetusta inscriptione et frusto plinthi statuæ, olim impositæ. Titulus sic habet:

.

. . . ε Φίλης (?) παιδος

κατεθεκεν : καλον ιδεν

αυταρ : Φαιδιμος : εργασα

το.

Ipse qui reperit Staë's ibidem pag. 111, ubi agit de sepulcro τῷ ἐν Βουρβᾶ, haec monet: Ἀποτελεῖται ἐκ τριῶν βαθμῶν πυραμιδοειδῶς κειμένων ἐπ' ἀλλήλαις, ἐπὶ τῆς κορυφῆς τῶν ὁποίων (i. e. ὧν) Ἰδρυτο ἢ ἐνεπίγραφος βάσις τοῦ ἀγάλματος, ἧς εὐρέθη τὸ πλεῖστον εὐτυχῶς μέρος, μετὰ τῶν ἄκρων ποδῶν τοῦ ἐπ' αὐτῆς γυναικείου ἀγάλματος. Staë's, aliis quibusdam adiectis, quae legantur apud ipsum, titulum tribuit extremae parti seculi sexti a. Chr. Fuit distichon, sic transcribendum:

. ε Φίλης παιδὸς κατέθηκε,

καλὸν ἰδεῖν, αὐτὰρ Φαιδιμος εἰργάσατο.

Procul dubio καλὸν ἰδεῖν pertinet ad sepultae mulieris imaginem, ita ut explendum credam ὁ δεῖνα εἰκόνα τήνδ]ε κτέ., licet scrupulum iniciat sequens καλόν. Durum enim videri potest

καλὸν sic positum habere pro neutro, ut sit *rem pulchram*. Vix tamen aliud relinquitur, quia littera E (cf. adiectum a Staë homoeotypum) certa est, nec video quo pacto τύπον (ἄγαλμα?) pars deperdita hexametri admittat. Notandum autem digamma in αὐτάρ.

PHAEDIMUS hic statuarius antiquissimus fuit hucusque ignotus. De alio recenti Phaedimo, de quo num revera statuarius fuerit dubitatur, consulantur Brunn, *Gesch. d. Gr. K.* I p. 612 et Loewy, *Inscr. d. Gr. B.* N°. 432.

LXXXVIII.

Bulletin d. C. H. a. 1890, p. 546—551. Columna votiva aetatis Macedonicae reperta a P. Jamotio prope aediculam Musaeum Thespiis. Alta est I, 20 metr. Eius frons descripta est in III partes imparis magnitudinis, in quarum suprema sunt tres hexametri, in sequenti est anaglyphe operis admodum rudis et impoliti, referens senem permiri aspectus, cum efferata barba et hirtis capillis, caecum eundem et cum foramine triangulo in summa fronte (ut est videre in adiectis tabulis heliotypicis IX et X), quem Hesiodum esse post longiorem disputationem dubitabundus suspicatur Jamot. Corpus eius quasi e vagina quadam surgere videtur, quae est in infima columnae parte continens duos titulos, quorum superior IV constat hexametris, et inferior sculptus circa coronam lauream totidem continuisse videtur. Litteras incertiores teste editore non mutavi in minuscultas.

α' Ο . . ουΙΟ . . . ΔΙΟΣ Ἀμφικρίτου Μούσαις ἀνέθηκε
 οςΜΑ . . . ΠΕ . . . των . . Λ . . . Σ . . . ιν αἰνῶς
 καὶ γέν[ε]ος τὸ τέλος . . ΝΟΙΚΑ . . . Νομα σῶζοι.

Tertii versus finem fuisse καὶ τοῦνομα σῶζοι probabiliter coniecit editor haec addens: »Le sens général de ces trois vers est probablement; un tel, fils d'Amphicritos, a dédié cette offrande aux Muses, lui qui le leur consacre pour l'éternité: puisse le monument sauver de l'oubli le nom du donateur, dernier rejeton de sa race." Suspiciatur autem hunc genus repetivisse ab ipso Hesiodo. — Mihi non liquet.

β' ου^P_Tοσα . . τοΦο^P_IαρΝηρα . ΙοΤβ^I_Pοτω^N_Tσα
 ουκα^P_TΙς 'Ελικων ΜοΧ . Λονχηρη . ΜονιαχηΕΩ
 πειθομένιοιο βρότοις ὑποθήκαις 'Ησιόδοιο
 εὐνομία χ . . ἀτε^T_Στ^Ω_A καρποῖσι βρύουσα.

Duplices litterae significare videntur (nihil enim monet editor) Jamotium inter utrasque dubium haesisse. In primi vs. initio οὔτος fuisse putat et secundi clausulam χρη(σ)μὸν ἰαχε[ύ]ω. Deinde haec annotat.

» Le mot ὑποθήκαι fait peut-être allusion à une oeuvre de Hésiode, les sentences de Chiron. Ou plutôt c'est une périphrase pour dire que le poète a obéi aux conditions des mortels, c'est-à-dire qu'il est mort, ou bien qu'il a adapté ses poèmes à la condition de l'humanité. Καρποῖσι βρύουσα se rapportant a εὐνομία caractérise la sagesse féconde d'Hésiode."

Vix opus est affirmare nullam harum vs. 3tii interpretationum ferri posse. Licet Jamot certam esse dicat huius versiculi lectionem, lapidem ipse inspicere vellem, ut scirem utrum revera sic legatur, an potius:

πειθομένιοι CI βροτοῖς ὑποθήκαις 'Ησιόδοιο,
 qualis versus nullo egeret interprete.

γ' ΩΛΕ^P_NαονανΔ // // // // //
 'Ησιόδος Δίου Μούσας 'Ελικῶνά τε θεῖον
 καλ(λ)στοις ὕμνοις.
 σ. Μούσαις.

Sic Jamot, nisi quod utrobique cum pravo accentu dedit Μούσας et Μοῦσαις. In ultima littera vs. primi sibi non constitit. Nam in homoeotypo pag. 548 non Δ est, sed Α. Confirmatur autem, ut animadvertit, hac inscriptione Hesiodi patri nomen fuisse Δῖος. Cf. Op. 297. Quae deinde de imagine disputat, legantur apud ipsum. Inscriptionem esse seculi III a. Chr. affirmat.

LXXXIX.

Bulletino d. C. A. c. d. R. a. 1886, p. 282 scribit G. Gatti :
 »Nella escavatione in via dei Banchi Vecchi, presso il Banco di S. Spirito, è stato trovato uno scaglione di marmo con questo frammento d'iscrizione greca :

ΙΩΝ. ΘΕΡΑΠΩΝ. ΑΝΗΙ
 ΟΦΟΣ. ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΜΑΙ
 ΜΟΚΡΑΤΗΣ. ΑΓΑΘΟϚ
 ΙΕΗ· ΠΑΤΡΗΣ ΑΠΟΤΑΡϚ
 ΟΙϚΙ ΛΟΓΟΙϚ ΤΑΜΙΕΙΩ.”

Haec editor. Trium autem aut plurium hexametrorum sunt reliquiae, sic, nisi omnia me fallunt, supplendorum et corrigendorum :

Μουσά]ων θεράπων, ἀνή[ρ] [σ]οφός, ἐνθάδε κείμεαι
 . . μοκράτης, ἀγαθός [γεν]εῖ, πάτρης ἀπὸ Ταρσ]οῦ,
 [τ]οῖσι λόγοις ταμειῶ.

Habemus igitur Graeci poetae Tarso oriundi e nobili genere (cui fueritne Hermocrates, an Democrates, an Timocrates aliudve nomen, ignoramus) epitaphii partem, quod qui composuit aut vs. 1 dederat <κα> ἀνὴρ σοφός, aut male produxit in thesi priorem syllabam vocis ἀνὴρ. Vs. 3tii initio vix plures litterae desunt, nec tamen, cum reliqua desiderentur, intellegitur 'quid sibi velit ταμειῶ. Nihil autem de hoc poeta aliunde constare nemo mirabitur. De aetate epigrammatis, satis recentis, ut suspicor, nihil monuit editor.

XC.

Ibidem, a. 1888, pag. 307. »Un piccolo cippo, o basetta, di marmo con l'iscrizione seguente assai consumato per attrito :

ΕΙΚΟΝΑ ΤΗΝΑϚ
 ΝΟϚΩΝ ΠΑΘΕΩΝΤΕ
 ΕΛΑΤΗΡΙ
 ΑΝΘΕCΑΝΑΡΖΙΓΙΟΙ
 ΜΑΚΑΡΩΝΤΙΟΝΤΕC
 Μ////////ΙΟΝ.”

Nihil amplius editor G. Gatti. Verba sic disponenda:

Εικόνα τήνδ[ε] νόσων παθέων τ(ε) ἐλατῆρι

ἄνθεσαν Ἀρζίγιοι μακάρων τιοντές

Pro ultimis litteris expecto ἈΡ[ωγή]ν aut aliquid huiusmodi. Statua Aesculapio sacrata fuisse videtur, sed qui sint Arzigii ignoro. Num forte corrigendum ἈρΤίγιοι? Artigos enim civitatem fuisse in Hispania Baetica fuisse novimus ex Itinerario Antonini, p. 416. Hodie *Castuera* vocatur. Nisi forte *Arzigi* est verum illorum nomen. Quare operae pretium erit denuo lapidem examinasse. Alius locus, situs in eadem Baetica sed multo magis ad meridiem, dictus Ἀρτιγίς (hod. *Alhama*) commemoratur a Ptolemaeo II 4, 11. Cf. Pauly, Real-Enc. Usus linguae Graecae si huic sententiae obstat, Arzigii alibi quaerendi sunt.

XCI.

Ibidem pag. 453. Titulus Christianus sec. IVti.

*Ἡρω(α) Ἀβλάβιον θεοειδέα γαῖα καλύπτει,
τὸν φίλον ἀθανάτων μακάρων εὐδαίμονα Φῶτα,
πρὸς τε θεὸν τὸν ζῶντα καὶ πρὸς θνητῶν ἀνθρώπων,
ζήσαντα ἔτη κε' ἐν εἰρήνῃ.

» Questa bella (!) iscrizione, dicit editor, fu poi erroneamente copiata per uso di un altro sepolcro, da chi neppure comprendeva ciò che copiava.”

Non magis ego intellego, quid sit vs. 3 πρὸς — θεὸν — καὶ πρὸς ἀνθρώπων, et iocularis est hominis Christiani laus in versu secundo. Pessima est autem, sed quam nemo qui aetatem respiciat mirabitur, epitaphii orthographia. Habet enim vs. 1 ΓΕΑΚΑΛΠΤΙ, vs. 2 ΕΤΔΕΜΟΝΙ et vs. 3 ΚΕ.

XCII.

Ibidem, a. 1889, pag. 443 » Scavandosi per la costruzione di un ipogeo sepolcrale presso il casino dell' antica vigna Carracciolo, si è trovata una lastra di marmo, che porta incisa questa iscrizione:

Γῆ, κεφαλὴν ἱερὴν κρύπτεις σεμνοῖο Μαρείνου,
 ἀνδρὸς ὑπερβύμοιο καὶ ἐν στρατιαῖσιν ἀρίστου.
 Μνηῆμα δ' ἔτευξ' ἄλοχος Μαρίας· τῷ γὰρ πρέπον ἐστίν."

Italiam versionem, quia versus nulla egent interpretatione, omisi.

XCIII.

J. Baunack in libro recens edito *Aus Epidaurios* pag. 6 hunc titulum protulit inscriptum statuae basi, quae servatur in Museo Epidaurio:

..... ἐν χαλκὸς τετυπωμένος εἰκόνα τάνδε·
 νει τόλμας δ' ἔργα βροτοῖς ἀρετά,
 ἀνθ' ὧν, Τηλέμασθε, τὸν Ἀντιφάτα σε γεγῶτα
 υἷα, συμμαχίας δ' ἕξοχον ἀγεμόνα,
 ὅ Κρηταιεῖς ἔστασαν, ἀριστεύσαντες ἐν αἰχμᾷ
 (ἔσθλους γὰρ τιμᾶν τοὺς ἀγαθοὺς ὄσιον)
 σοὶ καλὸν ἄνθεμ', ἀναξ' Ἀσκληπιέ, τᾷδ' Ἐπιδαύρω,
 Γορτὺν ἐφ' οἷς αὐχεῖ, τοῦδε γεγῶσα πάτρα.

Λαβρέας Δ[α]μοπείθεος [Ἄ]ργεῖ[ος] ἐ[π]οί[η]σε.

Ita Baunack, nisi quod vs. 1 et 5 cum vitioso accentu dedit *χάλλος* et *αἰχμαι* et post Ἐπιδαύρω pro virgula posuit lineolam. Ambigit autem utrum ἐφ' οἷς iungendum sit cum ἔργα (2) an cum ἀγαθοὺς (6), perdura, quidquid horum admittis, structura. Οἷς neutrius esse generis habeo persuasum, et nescio an ἐφ' οἷς poeta dictum voluerit pro ἐπὶ τούτοις ἐφ' οἷς. Vs. 1 ab initio, deesse ait 6—8 et vs. 2 4—6 litteras, hic σημαίνει supplendum affirmans, illic temptans ἐβλαστ[εν] vel ἐξέφυ[εν] vel ἐξέφερ[εν], hac addita interpretatione »Entstehen liess das geformte Erz dieses Bildnis hier (oben): es weis kampfesmutige Thaten den Sterblichen die Tapferkeit etc." Quae cum aperte probari nequeant, ipse conieci:

Ἄνδρὸς μ]ἐν χαλκὸς τετυπωμένος εἰκόνα τάνδε
 ἐμφα]ίνει, τόλμας δ' ἔργα βροτοῖς ἀρετά, κτέ.

Aes (non nisi) externam hanc viri speciem hominibus ostendit, sed virtus fortia eius facinora, propter quae Cretenses, virum

egregium honorantes, hanc statuam Aesculapio dedicarunt in memoriam earum rerum, quibus Gortyn gloriatur, patria Telemasti, quo belli duce eas gesserunt. — Γόρτυν hic brevi pro longa syllaba terminari animadvertit Baunack.

Ad vs. 3 editor affert Polybii verba XXXIII, 15: *κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον* (a. 153, cum qua aetate conspirare ait litterarum formam) *οἱ Κρηταιεῖς ἀπέστειλαν πρὸς Ἀχαιοὺς ὑπὲρ βοήθειας τοὺς περὶ Ἀντιφάτην Τηλεμνάστου Γορτύνιον, παραπλησίως δὲ καὶ Ῥόδιοι τοὺς περὶ Θεοφάνην κτέ.*, unde efficit, aut illum Telemnastum alium fuisse, sed ex eadem familia, aut Polybium patrem cum filio confudisse. Nec tamen video quidni de patre Antiphatae, legati ad Achaeos, Telemnasto hunc titulum accipere liceat, de quo paullo post dicit Polybius: *συνέβαινε τοὺς Ἀχαιοὺς ἐπιδέχεσθαι τὴν παρρησίαν αὐτοῦ* (Antiphatae), *καὶ μᾶλλον ἔτι διὰ τὸ τὸν πατέρα τοῦ προειρημένου Τηλέμναστον μετὰ πεντακοσίων Κρητῶν ἐλθόντα συμπεπολεμηκέναι τὸν πρὸς Νάβιν πόλεμον εὐγενῶς αὐτοῖς.* Ad victoriam igitur quandam ab his auxiliis duce Telemnasto in bello contra Nabidem reportatam titulus referendus videtur.

Cum vero inscriptio apud Loewyum I. G. B. n^o 269 eundem Labream statuarium exhibere videatur, Baunack Kabbadium recte eum titulum ad aetatem imperatoriam referre dubitat suspicaturque Labream pertinere ad scholam illam artificum Argivorum, quam claram Stratonis, Xenophili et Andreae nominibus seculo altero a Chr. medio floruisse Loewy ad n^o 261 disputat. Si igitur vera est mea de titulo Epidaurio sententia, his viris paullo antiquior Labreas fuerit necesse est.

Duo hic subiungo epitaphia medii aevi, quae primus edidit Sakkelion in Ephemeride Archaeologica v. III (a. 1886), p. 238 sqq. e codice sec. XVI, ut putat, exarato, qui Athenis est in Bibliotheca publica.

XCIV.

Στίχοι εἰς [τὸν] τάφον τοῦ κυροῦ Δημητρίου τοῦ
Λεοντάρη ἐν τῇ μονῇ τῆς Πέτρας.

Ζητεῖς, θεατά, τὸν μέγαν Λεοντάρη[ν],
ἐκεῖνον αὐτόν, οὐ βλέπεις τὴν εἰκόνα;
Ζητεῖς ἐκεῖνον τοῦ γένους τὸν προστάτην,
τὸν ἀκράδαντον τῆς βασιλείας στυλον,

5 τὸν ἐν μάχαις ἄτρεστον ἀσπίδηφόρον,
ᾧ μόνῃ τρέποντα τοὺς ἐναντίους,
τὸν ἐν βίῳ ἥλιον οὐρανοδρόμον,
πᾶσαν καταυγίζοντα τὴν οἰκουμένην;

Οὐκ ἔστιν ᾧδε· Μὴ νόμιζε τῷ τάφῳ

10 κατακεκρύφθαι τὸν τοσοῦτον ἀστέρα.

Σὺν ἀγγέλοις ἔστηκε παρὰ τῷ θρόνῳ
τῷ βασιλικῷ τῆς μεγάλης Τριάδος.

Σὺν ἀγίοις ἄπαυστα χαίρει διάγων,
ἐνθα λυπὴ τε καὶ στεναγμοὺς ἀπέδρα·

15 κόνιν δὲ μικρὰν καταλιπὼν ἐνθάδε,
δεσμὸν, ζόφον, κάθερξιν, ἀχρεῖον βάρος,
πρὸς τῶν ἀδελφῶν καὶ γόνου τοῦ Φιλτάτου
τῶν πάντων λαμπρῶν καὶ μεγάλων ἐν βίῳ
γέρας τὸ λαμπρὸν μνῆμα τουτὶ λαμβάνει,

20 τὴν ἀρετὴν ἄληστον ὡς γέρας ἔχων.

Cur editor vs. 1 Accusativo N addiderit aut demserit ignoro.
Vs. 14 corrigendum videtur: ἐνθα λυπὴν τε καὶ στεναγ-
μοὺς ἀπέδρα, nam quod vulgatur sensu cassum est. De hoc
Leontare, cognomine Duca, qui vixit imperante Manuele Pa-
laeologo (1391—1425), consulatur ipse Sakkelion, qui monet
pro huius nepote habendum esse Demetrium Leontarem, scrip-
torem duorum codicum Xen. Cyropaediae, qui in Bibliotheca
nat. Parisiensi asserventur exarati a. 1475 sq., et monaste-
rium, ubi ipse sepultus est, fuisse olim Constantinopoli Joanni
Praecursori sacratum.

Ibidem. Εἰς τὸν τάφον τοῦ Ἀσανῆ κυροῦ Ἰσαακίου
καὶ τῆς αὐτοῦ ἐγγόνης ἐν τῇ μόνῃ τοῦ Φιλανθρώπου.

- Ἄλλὰ τί μοι, βέλτιστε, σωμάτων τύπους
καὶ τὴν ἀπαστράπτουσαν ἐκ τούτων χάριν
καὶ κάλλος ἀμίμητον εὐτέχνως γράφων,
μὴ καὶ ψυχῆς τὰς ἀρετὰς παραγράφεις,
5 μὴδ' εὐγένειαν τὴν ἄνωθεν μηνύεις
καὶ βασιλικὴν συγγένειαν καὶ κράτος,
ὅσον τε λαμπρῶν ἀξιομάτων γέρας;
ἢ παραχωρεῖς ταῦτα τῷ λόγῳ φράσαι;
καλῶς γε ποιῶν καὶ φρονῶν οὐκ ἀλόγως.
- 10 Οὐκοῦν ἐροῦμεν, ἂ σιγᾶς αὐτὸς γράφων.
Ἄ μὲν γε ῥίζης εὐγενοῦς ὄρηξ ἔφυ
καὶ βασιλικῶν αἱμάτων ἀποσπάδος,
κλήσιν Ἰσαάκιος, Ἀσὰν ἐκ γένους.
Τραφεῖς δὲ λαμπρῶς ἐν βασιλείοις δόμοις
- 15 ταχὺ προῆλθεν εἰς ὑπέρτατον κλέος
ἀρχὰς ἀμείβων, ἐν πάσαις διαπρέπων,
δίκαιος, δξύς, δραστικός, μεγαλόφρων,
μέτριος, εὐθύς, νουνεχῆς, ταπεινόφρων,
ἀπλοῦς, ἐλευθέριος, ἠδύς, χαρῖεις,
- 20 ἄγαλμα πασῶν ἀρετῶν ἠρμοσμένον.
Τέλος τὸ λαμπρὸν τῆς ἐπαρχίας κλέος
ἐν τῇ μεγάλῃ ταύτῃ διέπων πόλει
γῆρας πρὸς οὐδὸν ἀπολείπει τὸν βίον,
κατὰ μονάρχους ἀποκαρεῖς τὴν τρίχα.
- 25 Ἢ δ' αὖ παρ' αὐτὸν εὐπρεπῆς αὕτη κόρη
Φίλης θυγατρὸς θυγατῆρ τούτου πέλει,
λαμπρᾶς γυναικὸς ἀνδρὸς εὐκλεεστάτου,
Φιλανθρωπηνοῦ (sic) τοῦ μεγάλου πατρόςθεν.
ὄνπερ προσειπὼν ἀστραβῆ γένους στῦλον

- 30 ἄστρον τε λαμπρόν, Φεῦ, θάλατταν εἰσδύναν,
οὐκ ἂν ἀμάρτοις τῶν προσηκόντων λόγων.
Αὕτη νέαν ἄγουσα τὴν ἡλικίαν
ἀντὶ θαλάμων καὶ γαμικῶν παστάδων
ᾤκησεν ὧδε τὸν βαρὺν τοῦτον λίθον,
- 35 μᾶλλον δ' ἀπέπτη πρὸς μονὰς οὐρανίους,
ἄσπιλος ἐξάρσα βίου κηλίδων.
Εἰς γοῦν παρηγόρημα λοιπὸν τοῦ πάθους
συνιστοροῦσιν οἱ τεκόντες τῷ πάππῳ
καὶ προσπαραγράφουσιν ἐν στίχοις τὰδε.

De hoc Isaaco eiusque genero Philanthropino et de Asanarum gente similiterque de Philantropi monasterio condito ab Alexia I Comneno, qui et ipse ibi sepultus est, consulatur epitaphii editor pag. 242 sq., qui epigrammatum auctorem esse dicit Marcum, Ephesi metropolitam.

EPIMETRUM AD ANTHOLOGIAM PALATINAM.

V 29. Ἄδὸ τὸ βινεῖν ἐστὶ; τίς οὐ λέγει; ἀλλ' ὅταν αἰτῆ
χαλκόν, πικρότερον γίνεται ἔλλεβόρου

Dubitatum est sitne αἰτῆ secunda verbi medii an tertia activi persona, sed ea quidem res controversa non est, semper enim in tali re usurpatur verbum activum, ut 32, 4. 121, 4 al. Subiectum est ἡ βινουμένη. Si poeta alloqueretur meretricem, scribendum foret αἰτῆς. Sed potest esse αἰτῆ verbi passivi pers. II, quia dicitur αἰτεῖν τινά τι, eaque interpretatio nescio an priori etiam praestet.

V 167. Ἐτὸς ἦν καὶ νύξ, καὶ τὸ τρίτον ἄλγος ἔρωτι
οἶνος· καὶ βορέης ψυχρός, ἐγὼ δὲ μόνος κτέ.

Locus nondum sanatus; displicet enim mihi Schmidtii tentamen οἰστρώδει, quia quo furiosior est amor, eo minus sentitur frigus. Coniecerim potius: ἔρωτι (an ἐρῶντι cum Schneidero?) || οἰστὸν δὴ, βορέης κτέ. *amori sane tolerabilis*, i. e. quem nemo nisi amator tolerare potest, vel καὶ τὸ (= δ) τ. ἄ. ἔρωτι (ἐρῶντι) οἰστέον ἦν, βορέης, *et qui tertius dolor amoris (s. amanti) ferendus erat, boreas*. Pro ἄλγος speciose Schmidt coniecit ἄχθος.

VI 62. Κυκλοτερῆ μύλιβον, σελίδων σημάντορα πλευρῆς,
καὶ σμίλην, δονάκων ἀκροβελῶν γλυφίδα,
καὶ κανονίδ' ὑπάτην, κτέ.

Non tantum κανονίς pro κανών sine exemplo dictum est, sed,

quod longe gravius, non intellegitur quid sibi velit ὑπάτην.
Legerim:

καὶ κανόν' ἰθύντην κτέ.

ut 65, 2 est ὀρθὰ παραξύων ἰθυτενῆ κανόνα. Cf. 63, 2. 64, 4.
67, 1. 68. al.

VII 24. Ἡμερὶ πανθέλκτειρα, μεθυτρόφε, μῆτερ ὀπώρας,
οὔλης ἢ σκολιδὸν πλέγμα φύεις ἔλικος,
Τηίου ἠβήσειας Ἀνακρείοντος ἐπ' ἄκρη
στήλη καὶ λεπτῷ χώματι τοῦδε τάφου.

Facile a librariis confunduntur ΛΕΙΤΟΣ et ΛΕΠΤΟΣ. Huius
autem loci est λειτῷ, sive λιτῷ, χώματι—τάφου, i. e. λιτῷ
τάφῳ, ut habemus 26, 1 τάφον παρὰ λιτόν, 73, 1 τάφῳ παρὰ
λιτῷ, IX 52, 4 λιτόν ἔχωσε τάφον et similia alibi. Contrario
errore VII 364, 2 legitur:

λιτὴν ἀμφοτέραις χερσὶ βαλοῦσα κόριν,

ubi procul dubio Marco Argentario reddendum λεπτήν κόριν.
Denique cum F. W. Schmidt Kr. St. VII 84 propter hiatum
libenter rescriberem ἢ λιτόν (pro ὀλίγον) τότε σαῖμα.

VII 133. Πτίσσετε, Νικοκρέων, ἔτι καὶ μάλα, θύλακός ἐστι·
πτίσσειτ', Ἀνάξαρχος δ' ἐν Διός ἐστι πάλαι
καὶ σὲ διαστείλασα γυνάφοις ὀλίγον τάδε λέξει
ρήματα Περσεφόνῃ· Ἔρρε, μυλωθρὲ κακέ.

Pro ὀλίγον expectamus ipsum contrarium. Nescio an fuerit:

καὶ σὲ διαστείλασα γυνάφοισιν ὄλον, τάδε λέξει κτέ.

Quartum trochaeum non vitat Diogenes. Vide v. c. 126, 1.

VII 174. Οὐκέτι συρίγγων νόμιον μέλος ἀγχόθι ταύτας
ἀρμόζῃ βλωθρᾶς, Θηρίμαχε, πλατάνου.

Suidae libri ἀρμόσει vel ἀρμόσῃ, et sane, cum praesertim se-
quatur οὐδὲ—δέξονται futurum longe aptius, quare non dubito
quin ἀρμόξῃ Erycio reddendum sit, similiterque infra ep. 215, 4

propter praegressa οὐκέτι — ἀναρρίψω Anyta ποιφύξω, non ποιφύσσω, scripsisse videtur. Neque in Pamphyli epigrammate 201, 1 ἐκπροχέεις cum Grotio et Duebnero pro praesenti habeo, sed potius pro futuro. In Simmiae (?) autem poematio (203), ubi in codice est:

Οὐκέτ' ἀν' ὕλην δρίος εὔσκιον, ἀγρότα τέττιξ,
 ἠχῆσεις ἀνεῖς γῆρυν ἀπὸ στομάτων.

ambigi potest utrum recte emendatum sit ἠχῆσσαν ἴης (ιεῖς?), an verius scribamus ἠχῆεις ἦσεις, quemadmodum Meleager VII 196, 1 dixit ἠχῆεις τέττιξ. Illa tamen correctio et lenior videtur et suavior, nec praesens tempus in talibus inusitatum est, sed multo frequentius reperitur futurum, quod haud scio an aptius reddat flebile desiderium.

VII 726. In hoc Leonidae epigrammate in pauperem vetulam vs. 7 mendosa sunt verba:

— ἢ ῥικυῆ περι γούνατος ἄρκιον ἰστῶ
 χειρὶ στρογγύλλουσ' ἱμερέσσαν κρόκην.

Pro vitioso ἄρκιον unius litterae transpositione emendo ἄρκιον, collato Oppiano Cyneg. II 552 ὑπὲρ ἄκρια ῥινός. Qua correctione simul liberamur soloeco Genetivo περι γούνατος.

IX 151. Anonymi epigramma de cranio humi proiecto ab impio homine in ipsius resilienti caput eumque occaecanti sic finitur:

καὶ πάλιν εἰς αἶδην ἐκολάζετο, τὴν ἰδίην δὲ
 ἔκλαυσεν χειρῶν εὔστοχον ἀφροσύνην.

Reisigii coniectura κωμάζετο (cod. Pal. κωλάζετο), merito olim repudiata, nuper iniuria probata est a Sternbachio. Sed enim refellitur cum verbis sequentibus τὴν — ἀφροσύνην tum libera Ausonii versione, qui graviore has impii hominis poenas non silentio praeteriisset, ut taceam ipsum verbum κωμάζεσθαι ab hoc loco alienum esse. Meliorem viam iniit Schmidt Kr. St. III p. 148, qui vitii sedem esse ΘΙΣΑΙΔΗΝ perspicuus minus

tamen feliciter me iudice hanc gravem, quae ipsi lenis videtur, mutationem proposuit:

καὶ πάλιν αὖτε κάρην' ἐκολάζετο κτέ.

Equidem cogitavi de corrigendo:

καὶ πάλιν ΕΙΣΑΛΙΗΝ, i. e. Ἴσα λίην ἐκολάζετο,
i. e. et vicissim admodum similes poenas luebat.

IX 223. Bianoris epigramma de homine, qui venenata sagitta aquilam occidit. Legitur vs. 5 sq.:

Ζηνὸς δ' οὐ τι Δίκην ἔλαθεν μόνος· ἔμπεσε δ' ὄρνις
ἀνδρὶ· τὰ δ' εὐστοχίης ἀνταπέτισε βέλη (sc. ὁ ἀνὴρ).

Duobus hic locus vitiis, quorum alterum lenius alterum gravius, laborat. Illud est syntacticum, nam pessime dictum est τὰ εὐστοχίης βέλη, quod pro τὴν εὐστοχίαν τῶν βελῶν dici potuisse cras credam. Poeta, si quid video, τὰ εὐστοχίης noto usu periphrastice dixerat pro τὴν εὐστοχίην, et eadem usus structura, qua Homerus in nobili versu

Τρῆϊαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσσι,
scripserat:

τὰ δ' εὐστοχίης ἀνταπέτισε βέλει.

Alter error est in ὄρνις, non enim aquila, opinor, sed sagitta, qua aquila occisa est, in sagittarium decidisse dicenda fuit, ut dicta est ab Apollonide aut Philippo IX 265, itaque ea vox corrupta est ex ΟΙCΤΟC. Corrigo:

Ζηνὸς δ' οὐτι Δίκην ἔλαθεν μόνος· ἔμπεσ' οἷστὸς
ἀνδρὶ, τὰ δ' εὐστοχίης ἀνταπέτισε βέλει.

quod et propter epicam formam vocabuli et propter omissam voculam δέ melius dictum est quam foret ἔμπεσε δ' οἷστὸς.

IX 251. Euenus grammaticus in fine epigrammatis in blattam eam bestiolam sic compellat:

Φεῦγ' ἀπὸ Μουσαίων, ἴθι τηλόσε, μηδ' ὄσον ὄψει
βάσκανον ἐν ψήφῳ δόξαν ἐπεισαγάγης.

Corrigere suffecerit βασκανίης ψήφῳ hac sententia: Neu vel mero tuo aspectu invidiae calculo, h. e. malevolo invidorum de bonis scriptoribus iudicio, speciem adducas, scil. eo quod pagina blattis corrosa veram eorum sententiam obscurat vel possumdat. Exaggeratio est in his inepta et pravum acumen, sed ipsius Eveni culpa, non librariorum.

IX 325. Πρὶν μὲν ἀλικλύστου πέτραι ἐπὶ βένθεσιν ἤμαν
εὐαλδὲς πόντου Φῦκος ἀπαινουμένα. κτέ.

Cadit in oculos non sic scripsisse incertum auctorem, sed ἐπεινουμένα = ἐφεννουμένη, vestita, quod aptissime dictum de concha marina, ulva circumdata, repperit olim Reiske. Certa est, si qua alia, emendatio et vulgatum minime tuetur alienissimus Apollonii Rhodii locus IV 79, ubi terra dicitur βολαῖς ἡελίου ἰκμάδας κινυμένη, quem contulit Jacobs.

IX 345. Huius Leonidae Alexandrini poematii prius distichon constat versibus 4025 (si numeratur γ' insertum ab editore) + 2739 = 6764, posterius 2187 + 4426 = 6613, ita ut ante corruptelam carmen ἰσόψηφον fuisse suspiceris. Alterum distichon procul dubio omni mendo caret, sed in priore, praeter labens in codice metrum vs. 1, in vs. 2 suspectus est permixtus usus verbi ἐτεκνοφόνει, quod non corrigitur Bothii coniectura ἐτεκνοφόνει. Frustra locum variis modis temptavi.

IX 420.

Μὴ κλαίων τὸν Ἔρωτα δόκει, Τηλέμβροτε, πείσειν,
μηδ' ὀλίγω παύσειν ὕδατι πῦρ ἀπνέες.

Et propter formam et propter significationem valde dubiam suspectum habeo adiectivum ἀπνέες, nusquam alibi obvium. Facillime autem nasci potuit ex ἀτενέες, quod proprie *intentum* significans plerumque quidem de oculorum mentisque acie usurpatur, saepius tamen ad indolem relatum *constantiam* et *pervi-*

caciam notat, itaque haud inepte de invicta vi amoris ignique eius non exstinguibili ab Antipatro dici potuisse videtur.

IX 584, 2. Αἴολον ἐν κιθάρα νόμον ἔκρεκον, ἐν δὲ μεσεύσῃ
ὠδᾷ μοι χορδᾶν πλάκτρον ἀπεκρέμασεν.

Graphice poeta anonymus de chorda (rupta) dixit: *fecit ut dependeret*. Temere igitur Hecker lectionem sollicitavit, infelicissime coniciens *ἐκερμάτισεν*, quod verbum chordae naturae est plane contrarium.

IX 625. Describitur, nisi fallor, a Macedonio consule balneum, ubi aliis diei horis mulieres, aliis viri lavabant, summaque igitur diligentia commendatur ianitori, ne lavantibus feminis, quae Naiadum et Gratiarum et ipsius Veneris nominibus designantur, quemquam marem admittat. Monendum erat, quia Duebner annotans »Laudat ut Naiadum et Gratiarum balneum consuetum” a poetae mente aberrasse videtur. Sed non magis verae deae hic cogitandae sunt quam veri di et semidei ep. 640:

ἀθάνατοι λούνται ἀνοιγομένου βλανείου,
πέμπτη δ' ἡμίθειοι, μετέπειτα δὲ λύματα πάντα,

ut Salmasius primus pro *πήματα* correxit, lenius nec minus apte quam F. W. Schmidt *σάματα* Stud. Crit. III, 153. Vs. 2 (625) *κρίνων λουομένων καιρὸν ἐσηλυσίης* speciosius quam verius idem vir doctus requirit futurum *λουσομένων*. Non abutar Ulpiani ioco apud Athenaeum III, 97 E aut Pompeiani p. 98 A, ut doceam, quod aliunde satis constat, Graeculos saepe legitimum horum temporum usum parum curavisse; nam ab ea culpa liber est Macedonius, qui, ut optime Latine dicitur »discernens lavantium opportunum ingressum” ut vertit Duebnerus, *λουομένων* dixit pro *τῶν λούσθαι εἰωθότων*. Neque enim obliviscendum, ut Latini fere abstinent a substantivis *lotor* s. *lavator*, ita Graecos a substantivo *λού(σ)της*, sed pro eo, ut in multis aliis, adhibere praesentis temporis participium.

IX 710, 2. Πυραμίδες δ' ἔτι νῦν Νειλωΐδες ἄκρα μέτωπα
 κύρουσιν χρυσεῖς ἀστράσι Πληιάδων.

Haud iniuria Jacobs verbum κύρειν, quod h. l. *occurrere* interpretantur, insanum esse iudicavit. Equidem Horatiani illius »Sublimi *feriam* sidera vertice» memor conieci:

ἄκρα μέτωπα
 κρούουσιν χρυσεῖς ἀστράσι Πληιάδων.

In sero poematio dativum cum hoc verbum iunctum tuetur Joann. Malal. p. 66, 19. Μωσῆς—ἐκρουσε τῇ βιάβδω τοῖς θαλασσοῖς ὕδασι. Sin minus, possis κρούουσ' ἐν i. e. ἐγκρούουσιν.

IX 712. Αὐτὸν Ἰωάννην ὁ γέρον ὄτ' ἐδέξατο θεσμός κτέ.
 Meliore caesura scripserim ὅτε δέξατο.

IX 769. 4 μηδ' ἀναροιβδήσης βινοβόλω πατάγω.

Ambigunt viri docti de obscuri vocabuli interpretatione, quod ego sanum esse multum dubito. Aptum foret στρηνοβόλω, ut στρηνόφωνος dixit Callias comicus apud Pollucem II, 112. Cf. Antipater Thess. VII 287 στρηνῆς Φωνεῦσα θάλασσα et Crinagoras VI, 350 (de tuba) στρηνῆς Φθέγγεσθαι.

X 5, 5. ἐφ' ὀλκάδα φορτίζεσθε || ἀγκύρας valde improprie dictum, nec tamen ἀερτάζεσθε fidenter conicere ausim, cum praesertim medii verbi usus nullum] exemplum noverim.

X 23, 4 μέσσα θέει πελάγη,
 ναῦς ἄτε μυριόφορτος, ἕως ἐπὶ τέρματα μύθων
 ἔλθῃ, ἀκυμάντους ἔμπροσθεν εἰς λιμένας.

Pro hac depravata codicis lectione vulgo recepta est inepta coniectura Planudea ἔμπροσ. Quod certum sit haud facile reperietur; aptum foret:

ἀκυμάντους ἐκ βόθου εἰς λιμένας.

XI 87. Τιμόμαχον τὸν μακρὸν ὁ πεντόργυιος ἐχώρει

οἶκος ὑπὲρ γαίης πάντοτε κεκλιμένον·

στῆναι δ' εἴ ποτ' ἐχρηζεν, ἔδει τοὺς παῖδας ἀπ' ὄρθρου

τὴν ὄροφὴν τρῆσαι πέντ' ἐπὶ πέντε πόδας.

In hoc Lucilii lusu verba πέντ' ἐπὶ πέντε interpretes vertunt *quinque in quinque* vel *quinque super quinque*, itaque X pedes intellexisse videntur, quod manifeste loci sententia non admittit. Cubiculum enim, in quo Timomachus homo πεντόργυιος i. e. XXX pedum (non *quinque ulnarum*, ut vertunt), corpus humi reclinasse dicitur, quinque pedes altum fuisse fingitur, itaque ut surgere posset, servis eius mane (legerim potius ἐπ' ὄρθρου) tectum in XXV pedes perforandum erat. Hoc enim significat πέντ' ἐπὶ πέντε = ἐπὶ πεντάκις πέντε, ut saepius in Anthologia πέντε multiplicativi vice fungi Sternbach p. 84 observavit ad ep. XI 84, 6, ubi recte divisim scribendum esse monuit πέντε τριαζόμενος, coll. V 181, 11 et XI 30, 1.

XI 169, 3. Dinarchus avarus laqueo se suspensurus:

δι' ἐξ χαλκοῦς δύσμορος οὐκ ἔθανεν,

ἐξ χαλκῶν γὰρ ἦν τὸ σχοινίον· ἀλλ' ἔδυσώνει,

εὖωνον ζητῶν ἄλλον ἴσως θάνατον.

Quia non vile, sed vilius (quam per laqueum), mortis genus quaesivisse dicendus erat homo, nescio an Nicarchus una addita littera dederit:

εὖωνον ζητῶν μᾶλλον ἴσως θάνατον.

Quam vero facile confunduntur ΖΗΤΩΝΑΛΛΟΝ et ΖΗΤΩΝ-
ΜΑΛΛΟΝ s. ΖΗΤῶΜΑΛΛΟΝ.

XI 305. Palladas in doctrinae ostentatorem indoctum:

Τέκνον ἀνκιδείης, ἀμαθέστατε, θρέμμα μορίης κτέ.

Tam stupendum barbarismum si quis mecum Palladae tribuere reformidat, poterit θρέμμα ἀιδρείης suspicari.

XI 330. ἐκλήθην ἐχθές, Δημήτριε· σήμερον ἦλθον

δειπνεῖν· μὴ μέμψη, κλίμακ' ἔχεις μεγάλην·

ἐν ταύτῃ πεποιήκα (πεπόνηκα Schmidt) πολὺν χρόνον· οὐδ' ἂν ἐσώθην

σήμερον, ἀλλ' ἀνέβην κέρκον ὄνου κατέχων.

Annotat Duebner »ut asinis utuntur qui altos et arduos montes adscendunt." Si recte, putandi sunt ὀνηλάται simul fustibus animal caedere, ut montem ascendat, sin minus enim, cauda prehensum a viatore necessario descendet. Mihi non liquet.

XI 366, 4 ὡς δ' ἴδε τὴν προτέρην σκιδεν μετὰ κέρδος οὐείρου

ἐξ ὕπνου πενήνη, ἀντεκάθευδε πάλιν.

Malim ἐξυπνος, expergefactus. Nam vulgatum fere abundat.

XI 406. Τοῦ γρυποῦ Νίκωνος ὄρῳ τὴν βίτνα, Μένιππε,

αὐτὸς δ' οὐ μακρὰν φαίνεται εἶναι ἔτι.

πλὴν ἤξει, μείνωμεν ὁμῶς· εἰ γὰρ πολὺ, πέντε

τῆς βίτης σταδίου, οἶομαι, οὐκ ἀπέχει.

Ferrem οὐ μακρὰν, nisi Nicarchus ipsum contrarium se scripsisse testaretur voculis adversativis πλὴν et ὁμῶς. Dedit autem rem, ut in hoc genere par est, ridicule exaggerans:

αὐτὸς δ' οὐ μακρὰν φαίνεται εἶναι ἔτι.

XI 416. Χρήματα καὶ πόρνοις παραγίνεται· οὐκ ἀλεγίζω,

μισεῖτω με τάλας Χρυσὸς ὁ πορνοφίλας.

Poetae personae aptius videtur πόρνοις. »Qui pueris impu-ratis delectatur, me ab ista infamia alienum oderit." Pulchre Euripides in Archelao, fr. 20:

μὴ πλοῦτον εἶπης, οὐχὶ θαυμάζω θεόν,

ὄν χῶ κάκιστος βῆδῶς ἐκτήσατο.

XII 4. κωκῶ τὴν Φυσᾶν ἄρτι καταρχομένην (sc. ἀκμὴν ὀνόμαζε).

Sic Jacobs correxit codicis lectionem κωκωτήν. Attamen vide ne verius sit κωκῶ, ductum a κόκκος. Simili enim varietate XII 223, 3 cod. Pal. habet κώκους, ubi lectionem marginalem κόκκους merito receperunt editores.

XII 97, 3. ἐκ δὲ νυ Μηρίδνεω Ποδαλείριος οὐκέτ' ἐς Ἡὼ
νεῖται· Ἰδ' ὡς Φθονερά παγγενέτειρα Φύσις.

Minime satisfaciunt propositae explicationes, et sanum esse
Ἡὼ valde dubito. Sequens autem distichon

Εἰ γὰρ τῶ τὰ τ' ἔνερθε τὰ θ' ὑπόθεν Ἴσα πέλοιτο,
ἦν ἂν Ἀχιλλῆος Φέρτερος Αἰακίδεω,

ubi iuveni Ποδαλείριω, i. e. pedibus debili, opponitur heroum
omnium velocissimus, facit ut suspicer Antipatrum scripsisse:
οὐκέτ' ἐς Ἡλιν || νεῖται, iam non adibit Olymptiam, ibi cursu
certaturus.

XII 118, 5. Ἐλθὼν δ' οὐκ ἐβόησα, τίς ἢ τίνος κτέ.

Sententia clare postulat ἐΝόησα κτέ., ut apud Homerum
Λ 15 novissimi editores (Lugdunenses) recte receperunt exi-
miam Naberi emendationem ἐΝόησεν pro ἐΒόησεν. Iam Pierso-
num eodem sensu video coniecisse ἐΚόησα, nec Plutarchi
codicum cum Palatino libro conspiratio in tam proclivi er-
rore quidquam significat, et Piersoni coniecturae magis etiam
quam meae favet palaeographia, quia β et κ passim confun-
duntur.

XII 143, 2. Crasi Doricae κήγῶ pro κάγῶ in hoc epigram-
mate locus non est.

XII 217. Etiam in hoc Stratonis poematio iuxta veras vo-
cabulorum significationes foedae allusiones subesse videntur ad
amores masculos. Ita vs. 3 sq. δόρυ simul membrum virile,
πέλτη scrotum, κεφαλή glandem et κόρυς podicem significare
crediderim.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

- Pag. 4, 23. Titulorum numerus postea crevit ad C.
- › 9 ad 89, 2. Infelicissima est coniectura, quam excidisse mihi nollem. Recte Kaibel *ἔπνευσε* in ed. sua Athenaei.
 - › 15 › 219. Hiatus tamen ante caesuram bucolicam apud seriores poetas perrarus est. Legitur v. c. A. P. XIV 48, 4 et XV 13, 1. Recte Kaibel *εἰκόνας* habet pro plurali poetico, qui post veteres lyricos et tragicos saepe apparet apud Anthologiae poetas, velut in *λιμῆν*, cuius pluralem saepius usurpatum videbis pro singulari.
 - › 16 › 244. Eodem versu Homerico de Iuliano imperatore usus est Libanius A. P. VII 747.
 - › 17 › 301. *Στορὰ* in architectonica vocabatur *pavimentum*. Cf. ΒΑΥΝΑΚΚ, *Aus Epidauros*, p. 67.
 - › 21 › 34. Brevis syllaba in fine prioris membri pentametri reperitur etiam hic illic in Anthologia Palatina, velut ap. Heliodorum IX 485, 7. 11 et 13, sed longe plurima exstant in lapidibus exempla. Valde tamen mihi arridet quod proposui supplementum *γαμετήν*.

- Pag. 27 ad 192. Possis quidem suspicari lapidarium pronuntiandi errore *ἀείσας* posuisse pro *ἀύσας*, sed neque huius verbi notio aequae apta est atque *ἀπύσας*, neque non suspecta esset producta vocalis natura brevis, quam nusquam alibi in hoc verbo arsi productam vidi. Propterea *ἀ[πύ]σας* praetuli.
- » 28 » 195. Liberorum similitudo maternae castitatis indicium. Cf. A. P. VI 353. XI 215. Theocr. XIV, 44 ibique Kiessling.
- » 39 » *Μεῖσις* recte habet.
- » 44 » 449. Persaepe ab Anthologiae quoque Pal. poetis commemorantur homines occisi thalami vel aedium ruina.
- » 45 » 453. Ad diphthongi AI sonum cf. Palladae lusus A. P. X 4:
οὐκ ἐθέλω Δόμινε, οὐ γὰρ ἔχω δόμυναί.
- » 48 » 522. Vix quemquam latebit, cum Hagna sit nomen proprium, mutato accentu Ἄγνη corrigendum esse.
- » 48 » 528. Eundem praepositionis abusum notavi A. P. X 141, 1 *κοιῆ παρ κλισίῃ — κείμενοι.*
- » 53 » 635. De mensis tripedibus imprimis cf. Athen. II p. 49 et Horat. Serm. I 3, 13.
- » 60 » 728. Cum sententia cf. A. P. VII 228 et 230.
- » 62 ad 92. Magis satisfacit supplementum nuperrime propositum Bull. d. C. H. 1890, 522:
*Ἐκ δαπέδου μ' ἄρθωσεν ὄλης Ἀσίας [δαπάνησιν
ἀφθονίῃ χειρῶν δῖος Ἀριστένετος.*
ubi nominis haec forma e cod. Parmensi restituta citatur e titulo C. I. G. 2693 e, 2 cl. 3665 (aet. Marci Aurelii) et comparatur Ἐπένετος ib. 2693 f. Quia tamen AI saepe pro E ponitur a sequioribus, utrum horum scribas perinde est.
- » 63 » 122, 8. *Παραῖξατο*, quod exempli causa posui, aperte

non sufficit. Expectatur notio *superavit* aut *aequiperavit*, sed verbum Graecum non reperio.

- Pag. 78 ad 66, 1. Male sollicitavi *καὶ παρίοντα* dictum pro *καὶ παρελθόντα*, non magis quam editor recordatus hoc epigramma esse Stratonis in A. P. XII 223, ubi cf. Duebneri annotatio, ex qua videbis vs. 1 *Τέρπνου ὄλωσ* pro *Περπούρου* esse genuinam lectionem.
- » 80 » 85. Sic quoque A. P. IX 124. Ἄρης ἀναμίγνυται Δάφνη.
- » 81 » 104. Haud sine causa dubitabam de leni quam proponebam correctione, idque imprimis ob vocabula *ποτ'* Ὀλυμπον parum apte interposita verbis *δεξιτερῆν — ἀν' ἀτραπόν*. Sanum enim *δεξιτερῆ* et pro *ἀνάτροπον* corrigendum esse *ἀνάροπον* nunc intellego, i. e. *sursum tendentem*, quod de anima sublimia petenti aptissimum est. Hoc igitur velim substituas.
- » 83 » 6. Recte librorum lectionem tueri Meinekium magis magisque mihi persuadeo.
- » 85 » 38. Possis etiam: *Μὴ ἦσο κτέ.* ad exemplum Homericum *εἰλαπίνη ἠὲ γάμος* (α 226) et *ἐμῶ ὠκυμόρφῳ* (Σ 458).
- » 99 „ IX 6. Ὅσλου dictum pro *ὄσιγς*, quod exemplum accedat iis quae collegit Dindorf in Thesaurο s. v.
- » 100 » XIII. Huius tituli Thessalici, reperti in pago Ὀζοῦν *Καραλάλ* eparchiae Karditzae, apographum homoeotypum a Phintikli missum Kirchoffio hasce litteras habet perantiquas: ΜΝΑΜΕΠΙΠΤΡΙΑΔΑ (Περριάδα est typ. vit.) ΦΟΣΟΤΦΕΠΙΣΤΑΤΟΦΕΤΓΕΝΑΛΑΤΘΕΠΕΡΓΑΣΤΑΣΔΕΠΟΛΟΝΑΡΙΣΤΕΤΩΝΕΘΑΝΕ. Litteras consonantes vetusto more non duplicavit lapidarius, vitiose scribens *οὐ φεπίστατο* pro *οὐκ ἐπίστατο*, quod reposuit Kirchhoff, qui FOC significare *ὡς* propter

numeros, licet minus faveat sententiae ratio, existimat. Idem *ἐμί* positum esse pro *ἐμίμι* observavit. Cum vs. 2 comparat I. G. A. 229 et 343. Seculi V^{ti} initio non longe recentiore esse titulum e litterarum forma effecit. Nomen Πυρ(ρ)ιάδης non habet Pape, sed Megarense Πυρρίδης.

Pag. 121 ad LXIX, 10 sq. Ad infelix tentamen *πεταλίτιν* me duxit sequens *δρέψατο*, quod ipsum depravatum videtur. Dixerat, nisi fallor, Eunice se una cum duobus suis fratribus Glauco et Callaeschro (minore), defuncto ut puto patre Callaeschro, ab avo suo paterno Zoïlo educatam fuisse. Quod si recte suspicor, vss. 8 sqq. in hunc fere modum restituendi sunt:

— πάππος δ' ἄρ' ἐμεῖο πέλεν θεοειδῆς
 Ζωῖλος, ὃς δαιοῖς [σὺ]ν ἀδελφείοις Φρονίμοισιν,
 τῷ μὲν ἀπ' (ἐπ'?) αἰγλήεντος ἀνακτόρου ἱεροφάντη
 Γλαύκῳ, ἀτὰρ σοφίης ἡγήτορι τήν[δ]ε πάλ[αι] με
 [θ]ρέψατο Καλλαισχρῷ περιωνύμῳ. κτέ.

E duobus epitaphiis Eunicae aviae et neptis hoc stemma effici potest: Isaeus, qui imperante Adriano (Athenis?) rhetoricam publice docebat, filium habuit cognominem (68, 7), qui uxorem duxit Isidoten dictam de nomine Isaei celeberrimo ex Asia rhetore 69, 6, quem propter ep. 68, 2 sqq. ab illo non distinguendum esse suspiceris. Ex hoc matrimonio nata est Eunice maior, quae in priore epitaphio celebratur. Huius autem filia Thalia nupsit Callaeschro, Zoïli filio, qui tres liberos, filiam Eunicen minorem et duos filios Glaucum et Callaeschrum ex ea procravit, qui liberi, si recte conieci, ab avo educati sunt.

» 133 » LXXXIX, 13. De Tarso cf. Strabo XIV 5, 13.

ADDENDA AD APPENDICEM.

Typis iam scripta Appendice, affertur mihi Inscriptionum Pergamenarum pars I, ed. M. Fränkel, ex qua collectiunculae meae addo V titulos metricos ex paucis, qui operi insunt, integerrimos. Primus esto qui ibi legitur n^o 10 (pag. 8).

XCVI.

πολλὰ μὲν ἐγ Λ[ιβ]ύης ἤλθ' ἄρμα[τ]α, πολλὰ δ' ἀπ'
Ἄργευ[ς],

πολλὰ δὲ π[ι]είρης ἤλθ' ἀπὸ Θεσσαλίας,
οἶσιν ἐν[η]ρι[θμ]εῖτο καὶ Ἀττάλου. ἀθρόα δ' ὕσπληξ
πάντα διὰ στρεπτοῦ τείν[ατ'] ἔ]χουσα κάλω·
5 ἢ μὲγ' [ἐπ]α[χ]ήσασα θαῶς ἐξήλασε πώλους,
οἱ δὲ διὰ σταδίου πυκτὸν ὄρεγμ' ἔφερον,
ἄλλαι ἐπ' ἄλλα θέουσαι. ὁ δ' Ἀττάλου Ἴσος ἀέλλη
δίφρος ἀεὶ προτέραν ποσσὶν ἔφαινε κόνιν·
χοὶ μὲν ἔτ' [ἀ]μπνεύοντες ἐδήριον, αὐτὰρ ὁ τοῖσ[ιν]
10 ἐγρ[ά]φειθ', Ἑλλάνων τοῖς τόκ[α] μυριάσιν.
Φάμα δ' εἰς Φιλέταιρον ἀοιδίμος ἤλθε καὶ οἴκου
Περγάμου Ἀλείφ τ[ελ]σαμένα στεφάνω.

Titulus celebrat victoriam curulem Olympiae reportatam ab Attalo patre Attali I, fratre minore Philetaeri, fortasse eandem, quam epigrammate celebravit Arcesilaus philosophus apud Diog. L. IV 6, 30. Ad 3 sq. ὕσπληξ — κάλω cf. Paus. VI 20, 11. Vs. 7 frigide dictum de curribus per idem curriculum vectis.

Vs. 9 extr. Cf. Hom. H 383. Vs. 10 *ἐγράφετο* »das Gespan der Attalos zeichnete sich ihnen — in den [bewundernden] Sinn.“ Cf. Soph. Phil. 1523. Vs. 12 *τελσαμένα*. Cf. Pindar. O. X, 6. — Haec omnia pluribus editor, quem consulas.

XCVII.

Ibidem, pag. 120 (N^o 203) titulus continens tria misella poemata de nota urbium contentione inscripta basi statuæ Homeri, quae fuerit in bibliotheca Pergamena; quae epigrammata ipsa certamini alicui poetico deberi suspicatur editor.

α'. α]υτὸ[ν

Μο[ῦσα π]οτ' ἀρρή[του]ς θήκα[ο] γεινα[μένη].

α[ἴ]δε τοι ἀμΦίλογον μύθων περι δ[ῆριν ἔ]θεντο.

Σ[μ]ύρνα τε καὶ γαίης Οἶνο[π]ίωνος [ἔδ]ος

5 καὶ Κολοφῶν Κύ[μ]η τε, μετὰ πτολέ[ε]σσι δὲ πάσαις

ἀμΦι σέθεν γενεῆς ἴμερος ἰεμένοις.

τοῖόν τοι κλέος αἰπὺ μετὰ ζῴοισιν ἀοιδῆς,

ἔστε πε[ρ]ιστείχ[η]ι νύξ τε καὶ ἥλιος.

Vs. 1 sq. Musa poetae mater, ut apud Antipatrum A. P. XVI, 296, Suid. v. Ὅμηρος, Biogr. Westerm. p. 27. Vs. 3 construe περιέθεντο δῆριν μύθων. V. 4 scil. Χίος. Cf. Diod. V, 79, al. Vs. 6 σέθεν pertinet ad Μοῦσα, non ad Homerum.

β'. Τὸν περιδῆριτον κοσμήτορα θεῖον [Ὀ]μηρον

λεύσσει, ἐν ᾧ πᾶσαι νεῖκος ἔθεντο πόλεις

Σμύρνα, Χίος, Κολοφ[ώ]ν, Κύμη κ[α]ὶ πᾶσα Πελασγίς

Ἑλλάς καὶ νήσων ἄστεα καὶ Τροίης.

5 οὐ νέμεσις· τόσον γὰρ ἐπὶ χθονὶ [Φ]έγγος ἔλαμψε

Μουσῶν δ[π]όσον τείρεσιν ἥλιος.

Vs. 1. Cf. epigramma in Biogr. Westerm. p. 23. Vs. 3. Πελασγίς Ἑλλάς, i. e. Πελοπόννησος (schol. Apollon. Rh. I, 1024) propter Mycenae. Vs. 4 νήσων ἄστεα. Cf. A. P. XVI, 295 sqq. al. Vs. 6 ἐπὶ mente repetendum ante τείρεσιν, quod perinepte dictum est.

γ'. Μυρία Αιολιδαισιν ὑπέρ σευ μόχθος, Ὀμηρε,
 Κυμαίοις ἱερᾶ[ς] τ' ἐνναέταισ[ι] Χίου,
 μυρία δὲ Σμύρνα Κολοφῶνι τε νείκεα λείπεις·
 μούνα δὲ γνωστὰ Ζηνὶ τεὰ γένεσις,
 5 αἶδε μάταν ὑλάουσι γὰρ ὄστεον οἶά τε [λ]ίχνοι
 [ἄ]ρπυιαι θοιν[ᾶ]ς μειρόμεναι σκόλακες.

Vs. 5 αἶδε simul pertinet ad Κύμην. — distincte ΓΑΡ, non ΠΑΡ, est in lapide. Verbum regit Accusativum, ut apud Homerum Od. XVI, 3. Vs. 6 ἄρπυιαι *paraces*. — μειρόμεναι pro ἰμειρόμεναι, ut apud Nicandrum Ther. 402.

Annotationes editoris Germanice scriptas in brevius redactas Latino sermone apposui.

XCVIII.

Ibidem p. 114, n^o 184, in basi marmorea:

Μούσαις] ὕμν[ο]φίλοισι Φίλων ἀνέ[θ]ηκε Μενάνδρου.
 παῖ Σεμέλης καὶ σοί· [οὔ]νομα [δ'] ἄμφω ὁμοῦ.

Vs. 2 editor explicat Φιλῶν δ' ἄμφω ὁμοῦ ἀνέθηκε, ut sit verborum lus cum nomine Philon, iure provocans ad versificum Pergamenorum ἀφιλοκαλίαν.

XCIX.

Ibidem p. 113, n^o 183, in basi marmorea.

....ονο.....μου πᾶσαι χ[.....'Α]πε[λ]λη[ς]
 — τ' [ἀ]ειμνά[στ]ου, ξεῖν', ἀ[γορα]νομίας
 — — — α]ις με διάκτορον εἶσατο Νύμφαις
 Ἐρμῆ]ν εὐνομίας αἰδίομ Φύλακα·
 τᾶς] ἔνεκ' εὐόλβου κέρασ βύσις ἄδ' ἀγοραλοῖς
 μανύσει τακτοῦ τέρμα χυβεῖσα χρῶνου.

Ita supplevit Kirchhoff (Sitzungsberichte d. Berl. Ac. 1884, pag. 10), hac addita explicatione, apparere ex his versibus, in basi fuisse signum Mercurii tenentis cornu copiae unde statis temporibus aqua flueret, quae hominibus forum frequentantibus

diei horam indicaret, quod signum ab Apelle agoranomo, sive munere adhuc fungenti sive iam perfuncto, positum esse. De Mercurio deo forensi conferri iubet tit. 243 et 244, deque cornu copiae ei tributo et Nymphis comitibus Schönium, Griech. Reliefs n^o 118 et Arch. Zeit. 38, 1880, tab. II 4, p. 8. Editor praeterea affert Kaibeli Epigramm. 827.

Nihil his addo, nisi vs. tertii initio fuisse videri nomen patris Apellis in genetivo, sequente voce $\pi\alpha\iota\varsigma$, sive $\pi\alpha\iota\varsigma$.

C.

Ibidem pag. 17 n^o 14. In fragmento basis marmoreae:

Ἀριστόνικο]ς Ἀθ[ηναίη.

Το]ίη μοι παρσ[τᾶσ]α, Διδς θύγατερ μεγάλοιο

Παλλάς, ἀνέμ[υη]σας τῶν πρότερον παθέων.

. . ως δ' ἐστὶ Ἀριστονίκου πολὺς ὤδε

. σα]ῖς ὑποθημοσύναις

. . . ληισ[. . . μισθ]ὸν καταθεῖς σὺ δὲ [τ]ὸ . .

. αιχαμ

Videtur, ait editor, Aristonicus Minervae eius simulacrum dedicasse tali effectum habitu, quali ipsi apparuerat, admonitura, ut pro recuperata salute gratum sese praestaret. Vs. 4 ante ΩC sunt litterae vestigia, quam M fuisse non certum est.

VITIA TYPOGRAPHICA.

Pag.	1,	vs.	22	post	<i>imperitiae</i>	excidit	<i>documenta.</i>
"	40	"	3	pro	<i>νάσος</i>	lege	<i>νάσος.</i>
"	56	"	14	"	τδ	"	τδ.
"	"	"	18	"	τϕ	"	τϕ.
"	61	"	5	"	722	"	772.
"	72	"	24	"	<i>εύχειρία</i>	"	<i>εύχειρία.</i>
"	100	"	19	"	<i>Περριάδα</i>	"	<i>Πυρριάδα.</i>
"	112	"	21	"	<i>εὔστεφάνοις</i>	"	<i>εἰστεφάνοις.</i>
"	119	"	22	"	<i>γένον</i>	"	<i>γένος.</i>
"	126	"	19	"	1559. N	"	15 sq. n.
"	144	"	14	"	<i>κινυμένη</i>	"	<i>αἰνυμένη.</i>

TABULA EORUM QUAE HOC LIBRO CONTINENTUR.

Praefatio.....	Pag. 3— 6
Adnotationes ad epigrammatum Anthologiam vol. III ed. Cougny.	7— 93
Appendix epigrammatum nondum collectorum.....	94—140
Epimetrum ad Anthologiam Palatinam.....	141—149
Addenda et corrigenda.....	150—153
Addenda ad Appendicem.....	154—157



PA
3459
A5H4

**Stanford University Libraries
Stanford, California**

Return this book on or before date due.

